

H O K



1 5 0 7

H 4

Orationes tres... 1597.

Johanni Maiero. dett
Nidans Molinar

Dinstant sel Konterbuchs
exemptat poff

p. Fentlin A. 35.

mit Aug. 20

gelesen

n. gegeben
Zürcher genouen

p. Nomen

ORATIONES TRES:

E QUIBVS DVAE

HONORATIS-
SIMA DIGNITATE, TVM

SAPIENTIA ET VIRTUTE ORNA-
TISSIMORVM D. D. SCHOLARCHA-
RVM, NICOLAI EKII PROCONS-
LIS; ET DAVIDIS HIL-
CHEN SYNDICI.

TERTIA

IOANNIS RIVII, CVM SOLENNI ET PVBLI-
co ritu produceretur, ad demandatam sibi ab Amplissimo
Senatu Inspectionem Scholasticam ineundam.

HABITAE

IN RESTITVTIONE SEV INSTAVRATI-
one Scholæ Rigenfis XV. CLS. VILS.

ADIVNCTA SVNT IISDEM:

PRIMUM,

PVBLICÆ DOCTRINÆ SERIES, TABELLIS
expressa: inq; curias V. distributa.

DEINDE,

DOCENDI IN SINGVLIS CVRIS PRÆ-
scripta ratio: & demonstratum iter, quod vtiliter Præceptores
huius Ludi sequerentur: cum in tradendis artibus: tum in
tractando & interpretando omni genere, vtriusq;
linguæ, Autorum.

Edebantur Rigæ: Mense Decembri: Anno Salutiferi partus, in
terris, Filii Dei: M. D. XCIII.

D. D. D. D.
O. C. R.
Car. M. C. C.
W. G. P. G.
R. H. D.
in Vol. Ch. S.
R. G. S. C.
B. P. K. in
ad. infra
Oronem Ri-
ali. hic
ad. Ham.
sec. H.
Ch.

AMPLISSIMIS ET HONO-
RATISSIMIS VIRIS, SAPIENTIA,

Virtute, doctrina & dignitate Ornatissimis

D. D. Burggravio Regio, Cos. atq;

Senatui celeberrimæ Urbis

Riga. etc.



UM V^{est}ra, Amplissimi Viri, specta-
ta virtutis atq; industria ornamenta,

Dei immortalis & prapotentis benignissimis au-
spiciis, ad tantum splendoris & dignitatis fastigi-

um Magnificas Dominationes vestras evexerint;

ut in A. Etō^{rum} Orbis hujus celeberrima Republica,

gubernationis Publiciq; Consilii Prasides Princi-

pesq; in suprema custodia, tanquam in excelsa &

sublimi specula collocati, totius in Vos Livonia a-

nimos oculosq; converteritis: Tum hoc verò, mul-

tò præclarissima existimationi vestra gloriosius:

quod partam jam pridem nominis & fama Celebri-

tatem, indies magis magisq; constantia & bonitate

rectè factorum, atq; in integerrima mentis stabili

certaq; permansione, non modò alere & conserva-

re: Sed etiam augere tueriq; nequaquam desistitis.

Et quamvis plurima sunt, quæ laudatissimis, cum

institutis tum legibus Ornatissimā Rempulicam

A 2.

Vestram

vestram fundatam esse & temperatam testentur:
Tamen restituendi in integrū & excitandi vicissim
Ludi literarii jam fermè languentis, & modo non
deficiendo prolabentis attentissimus respectus, in
maximo gravissimarum occupationum concursu,
Auctoritati vestrae, tum virtuti & sapientiae, no-
minis commemorationem, & existimationem pra-
clarissimam conciliat, cum omni Posteritate ade-
quandam. Haec enim est illa cura, quae non modo
praesentium temporum, verū etiam futurorum in-
crementa complexa, maximum & luculentissimū
iudicium est, si rectè sit consideratum: persuasissi-
mum vobis esse, nihil in rebus humanis extare pra-
stantius, quàm de Republica benè mereri. Quod ip-
sum sanè nullo pacto fieri queat: quàm hisce fortu-
nata beataq; vitae fundamentis jactis, ad felicitatis
sementem, cū temporaria, tum aeterna. Neq; e-
nim Scholastica institutio, & educatio juventutis,
ac disciplina ipsa, res leves sunt aut futiles: cū
iisdem, ad benè cogitandum & sentiendum, tum
ad laudabiliter agendum & faciendum, tenera
omnis & infirma aetas, pronos maximeq; lubricos
ad peccandum lapsus habens, instruat: ut quan-
tum huic fortè opera & labori splendoris ac digni-
tatis desit: tantum hisce necessitatis adesse intelli-
gatur. Quod si multo maxima hominum pars,
sum-

summi, infimi & mediocri ordinis, qui superbe & contumeliose literas bonas aspernantur: tantum à sua inutilitate, stultitia & vanitate impetrare possent: ut sese sapientium & doctrina præstantium virorum operatutiores, pacatiores atq; omninò beatiores vivere intelligerent: seq; eorundem beneficiis & meritis universam incolunitatis suæ prosperitatem debere crederent: nunquam facturi essent profecto: ut in vituperabili fastidio, optimarum artium ac disciplinarum culturam quasi rem supervacaneam, à cæcibus & communitatibus suis remove, & quadam quasi abdicatione exterminare vellent. Sunt enim qui literarum jacturam inter lucra numerant: non homines illi quidem, sed portentosa & monstra hominum. Itaq; Franciscus Petrarca cultissimi & politissimi vir ingenii, hoc quoq; scriptum reliquit: in maxima florentissimaq; Italia Urbe quadam, virum fuisse nobilem, magniq; apud civēs suos loci; qui jurare soleret, magno se precio empturum, ne quis unquam suam patriam literatus incoletet aut intraret: quod idem Licinium Casarem, quo cum Constantini Magni soror nupta fuit, fecisse: atq; in extrema bonarum literarum ignoratione, eas ipsas, virus ac pestem publicam appellasse, historia perhibent. Hac verò, qua in officio continet adolescentiam, & pueros,

agmen dicatum Deo, institutione accurata & se-
dula neglecta: ac disciplina repagulis effractis:
omnia concidere, inq; erroris tanquam scopulis
quibusdam sedē allidi necesse est: eoq; id magis et-
iam, cūm nihil pejus adversus bene constitutas so-
cietates concitari, aut iisdem magis etiam obesse
queat: quā institutionis perversio, quā discipli-
nae convulsio, quā improbitatis usurpatio, quā
licentia deniq; atq; audacia confirmatio.

Jam verō ista erga Urbis vestra adolescentiā
affectione paterna caritatis & propensionis, non
contenta Magnifica Dom. Vestra: id quoq; a
multis tēporibus operā dederunt, & adhuc dant: ut
exculi juvenes ejusmodi necessaria & liberali do-
ctrina peritia, quæ ad ea Gymnasia afferenda est,
quæ veteri Platoniorum & Peripateticorum insti-
tuto Academia nominantur, suntq; uberiores eru-
ditionis & sapientia tanquam mercatus: Stipendi-
orum vestrorum sumptibus instructi, ad exteros
profiscerentur: ita ut alii aliud literata vitæ &
professionis genus certo destinatoq; consilio eligen-
tes: vel potius de Vestra solius autoritatis & sapi-
entia judicio, sententia & voluntate, animos ad
Jus civile, ad Medicinam, ad cetera item laudatū
nominis studia applicantes: tandem ad eum, quem
copissent, cursum absolvendum incitati contende-
rent:

rent: Quo quidem eximio atq; commemorabili
ablegationis istiusmodi beneficio, & honestissima
sublevatione, multi praclarissime collocata opera
atq; impensis, omnia summa consecuti, reversi fu-
erunt: ac postmodum gravissimis ministeriis obeun-
dis, quos Magnificis Dominationibus vestris, quos
patriae & civibus, quos Reipublica denique debue-
runt fructus, cumulatissime persolverunt. Quae res
quidem ipsa ejusmodi est, ut cumulari Vos maximo
gaudio necesse sit: quippe cum praclarissimo exem-
plo civium vestrorum liberi excitati, in optima spe
liberalitatis Vestrae, ad simile decus capeffendum,
hoc est, ad omnia summa, pari modo, maximo cum
Reipublica vestrae emolumento comparanda, ala-
criter contendant. Honos enim alit artes (ut est a-
pud Ciceronem) omnesque incenduntur ad studia
gloria. Cum autem hoc pacto, sive laudatissima
cupiditati vestrae, in provocandis ad virtutem &
decus hominibus: sive gravissimo muneri, quod
vobis honestas & curas & actiones dare solet, sa-
tisfactum esse, universi cives, tum exteri quoque,
quorum, ad tantorum erga vestros meritorum
predicationem, aures patent: gratissimo & beni-
gnissimo animo confiteri & predicare necesse habe-
rent: Vestra tamen Magnifica Dignitatis pietas,
vetera cum beneficia tum officia cumulando, am-
plius

plus etiam progressa est: ut cum in tanta mole occupationum, quibus modo non obruimini: multiplicia vobis, ad urgendam perpetuitatem sollicita erga Scholam cura hujus, impedimenta objiciantur: ne quid penitus hac in parte desideretur: duos ex Amplissimo Senatu atq; Consilio vestro eligendo constitueretis, Honorata Amplitudine, tum sapientia, virtute, Autoritate deniq; & doctrina ornatissimos: atq; insuper spectata vita & religione integerrimos, D. D. Nicolaum Ekium Prorectorem Regium eundemq; Consulem & Consularem eximium, ac proximè & secundum hunc D. Davidem Hilchen Reipub. vestra Syndicum, quibus universa Presidentia, & gubernationis Scholastica gravissima provincia commendata imponeretur. Hoc est illud NOBILE PAR SCHOLARCHARVM: qui officio suo, debito patrie, ita satisfaciunt vobis omnibus: ut Cives incredibili sedulitate sua, in optimam dulcissimamq; spem melioris successus jam pridem erexerint: dum juventutis scholastica emolumenta sibi noctes atq; dies in perpetua animi sui cura & cogitatione reposita esse patiuntur: & Praeceptores ipsos, benefico naturae suae sensu, omni favore & benevolentia comprehendunt: ita ut in ipsis, quid desiderari queat: vel potius, quidnam ad summum attentissima cura respectum accedere queat,

queat, nemo unquam reperiat. Ac Dominus quidem Ekius, præclarissima Vir existimationis, in peracta præterita ætate, publica inquisitione, ad explorandum profectum discipulorum: me quoque cum aliis multis audiente, Oratione gravi testatus fuit: suorum sese laborum atque curarum, in sollicita Præsidentia hujus sue Procuracione fructum hunc vel maximum esse laturum: si expectationi sue Præceptores quidem laboribus: adolescentes autem industria atque profectu responderent. Hanc summam esse votorum suorum: nec quicquam in optatis sese majus habere: quam omni laude cumulatam et florentem aspiceret eam scholam: in qua cogitationes atque sollicitudines, tum conatus motusque animi sui universi consumerentur.

D. Syndicus vero, acerrimo vir ingenio, iuris consultus præstantissimus, et omni simul liberali doctrina poluissimus: alacrem Gnavitatem et vividam efficacitatem suam, atque unà maximum in literis usum, quidque in administranda sua partis præsentia posset: experiundo et inquirendo in studia adolescentie, ita omnibus qui spectatores et auditores frequentissimi confluerant, probavit: ut neque promptior quisquam in laessendo: neque ad respondendum paratior reperiretur. Itaque cum omnes sollicitos haberet: unus etiam cunctorum te-

laexciperet, & impressiones intrepidè atq; fidenter
sustineret: facile declaravit sese congruentium esse
disputationum artificem: Spectus ad honestatem
eruditi colloqui. Istiusmodi congressus se afferre:
quod opera nec modica tempore, nec remissa con-
tentione, vitam ingeni laboribus anxiam atq; sol-
licitam ab Adolescentia, coluisset: atq; idcirco
instructissimum & exercitissimū, de Musarum
vigiliis atq; lucernis, in campum & arenam pro-
dure. Quo nomine, quantam omnium in iis Ger-
manæ Academiis, ubi vixit, admirationem sibi
conciliaverit: notius scilicet est, quàm à me ut
commemorari oporteat. Neq; vero his angustiis tero-
nans, quasi circumscriptis spaciis laus ejus conten-
ta, in Celeberrimas Provincias diffusa innotuit:
è quibus, quæ ab eruditissimis Clarissimisque homi-
nibus literæ ad eum quotidie confluant: ipsi & vi-
dimus & legimus. Illustri quidem certe ac Princi-
pi viro Zamoytko summo maximoq; Polonia
Cancellario, ob eximiam doctrinam, singularem
facundiam, & in tractandis Reipub. negotiis com-
ponendisq; civitatis dissidiis summam dexteratē
gratus & acceptus: Sed & Regibus Poloniæ, quo-
rum cum subjectissima veneratione memoriam in-
violatam retinemus, minime ignotum & valde ob-
egregias animi dotes probatum: atq; ad eisdem
decies.

decies & octies ablegatum à Republica sua cognovimus. Quod si amabiles hominis mores, solertiam & dexteritatem in sentiendo & agendo, tum propriam ejus in omni vultu atq; gestu conjunctam cum gravitate comitatem: in colloquiis autem familiaribus, suavitatem: scriis verò prudentiam & circumspersionem; exposita atq; sapientia consiliorum ipsius & auctoritatis opes ad omnium commodis inserviendum expedire vellem: non modo pluribus verbis opus foret: sed etiam.

Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Quemadmodum autem expositio nostra in hunc quasi licentia cujusdam campum excurrere gestit: Ita in manifesta veritate, cur assentationis crimen pertimescerem causa nulla esset: cum sine dubio, hujus domus Iuris consulti, totius oraculum sit civitatis: unde sibi, si non populi, at omnes sui cives consilium expetant; praesertim cum ades ejus maxima quotidie frequentia civium ac summorum hominum splendore celebrentur: propter ea, quae ab ipso vel provisae prudenter, vel acta constanter, vel responsa acutè ubertim referri queunt. Quae vero hoc loco retulimus: & si nihil tam Magnificè de tanto viro dici potest: id virtus & praeclarissima omnium, de eo, quin superet existimatio: Tamen & cupide, & libenter, quae dicta sunt, de summo

B 2

nostro

nostro, & animo egregie caro exponere visum: quo plus hac Respublica sibi & gratularetur, eccellente in Republica gerenda homine condecorata: & grato animo benignitatis divina affectionem agnosceret: copia illius viri facta, cujus eximiam facultatem admirarentur omnes, optarent plurimi, consenti essent paucissimi. Ego vero meum de Magnifica dignitatis ejus praestantia, testimonium, ad posterum quoque pervenire cupio: ut si quid mihi, exacta jam etate, humanitus accideret: quemadmodum quidem incertum vita magis senibus incumbit: persolutum omnino debitum a me virtuti & Sapientiae illius officium extaret.

Cum autem Praesides iidem & Scholarchae magnopere vellent, ea quae solenni & publico ritu, in instauranda Schola, peracta fuissent, pluribus exemplis expressa, non modo cum Civibus vestris communicari, qui hoc idem etiam singulariter requirere dicerentur: Sed etiam in exterorum manus pervenire: non invidiosus feci, ut & D. D. Scholarcharum, quas ipsi habuissent orationes: & meam quoque, qua ipsos perorantes subsequutus sum, Typographo excudendas darem: Sed quia praeter hoc etiam cognoram, varias de Instauracione hujus Scholae commotas esse expectationes: existimabam eos qui ignari essent omnium quae agerentur, hac
edui

editione docendos esse: iis autem qui sollicita & in-
certa cura ducti iniquiores nobis essent, eadem hæc
opera occurrendum: quo æquiores sese iudices in-
stituti nostris præberent, deniq; qui semper antea
bene sperassent; hos in rectoris iudicii opinione
confirmandos. Ut autem liquidius de re tota omni-
bus & singulis, qui hæc desiderarent nosse, consta-
ret: adjunxi Orationibus ipsis, primum quidem
Tabellis comprehensam publicam doctrinam seriem:
hoc tempore ita constitutam, ut aliter exerceri non
posse visa fuerit: unde quid, à quo: tum quibus
& quo tempore tradatur expresse intelligi queat.
Deinde vero addere visum expositionem nostrarum
rationum: quas in educanda pueritia & adolescen-
tia, tum tradendis artibus & linguis, omniq; ge-
nere Auctorum explicando, ad necessarias discipu-
lorum nostrorum utilitates, observari retineriq;
D. D. Scholarchæ omnino vellent & juberent.
Quod si hoc labore, vel recuperari alienata forte
voluntates: vel confirmari recte sentientium de
studii nostris opiniones possent: optandum quid-
dam me esse assecutum existimabam. Sin aliter ce-
cidisset ac vellemus: neq; mirum hoc, neq; novum
videri debet: à nostris rationibus esse qui discre-
pent: cum nobis etiam, aliorum non probentur
omnia. Itaq; retineant, quibus nostra non placent,

sua: nobis relinquunt nostra: quae quidem cum sententis & iudiciis summorum hominum congruunt. Nos tamen optimi propositi rectitudine, & bonitate conscientia nos sustentantes, non deficiemus: atque istam & honestissimam simul & gravissimam Provinciam gerere: in multiplici aegritudinum infirmitate & concursu, animo labens & decidens corpus fulcientes: quam diu nos Propitius Deus superstites esse voluerit, nequaquam defatigabimur.

Vestras autem, Amplissimi Viri, Magnificas Dominationes reverenter oro, ut qualemcumque hanc opellam, navatam juvandis conatibus & progressionibus juventutis vestrae scholastica, benigno animo accipiatis: quemadmodum quidem pro animi vestri facilitate & aequitate: tum erga me singulari, ac multis magnisque declarata beneficiis propensione facturos esse non dubito. Quos quidem in gubernationis florentis fortuna prospera, ea quae Dei Opt. Max. gloriam, & Ecclesiae IESU CHRISTI Filii ipsius salutaria incrementa, tum Reipublicae dignitatem & commoda complectuntur procurare & perficere Opto: & longissimi temporis, diuturnam vite, conjugum & liberorum vestrorum felicitatem, rerumque omnium secundissimos successus, ardentibus precibus Om-
nipo-

impotentia & benignitati ipsius commenda-
re non desino. Dabantur Riga Anno
salutiferi partus, in terris, Fi-
lii Dei, M. D. XCIII.

Amplitudinis & Magnifica
dignitatis vestra

Observantissimus studio-
sissimusq̃

Joannes Rivius,
Athendoriensis
Fil. Inspector.



ORATIO I. DN. NI
COLAI EKII PRO-
CONSULIS ET SCHO-
LARCHAE RIGEN.



*M*Aiores nostri, quorum memoria sit in benedictione, homines prudentissimi, cum re tota ad rationem revocata, intelligerent hanc proximam & quasi compendiarium esse viam, ad civium plebiq; gratias colligendas: constituere Ecclesia & Republica cum emolumenta tum ornamenta: Omnem alacritatem atq; industriam excitarunt, ut comparata schola literata, Ecclesia quidem viros pios, Senatui verò homines prudentes, Republica deniq; cives pacificos subministrarent.

Quapropter nos quoq; incensi studio & cura industria imitanda illorum; nihil ad summam diligentiam reliquum adhuc quidem fecimus: ut qua nostra partes essent, in retinendo tuendoq; illo ipso amplo & luculento, relicto nobis quasi patrimonio quodam hereditatis ac gloria: eas, paterno erga adolescentiam Urbis nostrae affectu, amantissimè impleremus: eo quidem proposito, ut quam discipulis viam ingrediendam esse, ad summum decus & laudem consequendam, videremus: eam ipsi gratissimo promptissimoq; ad obediendum animo in siste-

C

ca,

tes, omni cum virtutis, tum probitatis gloria ab-
soluerent: Neq; nos in hunc usq; diem, cura honesti-
ore & graviore ulla occupatos: aut inter difficulti-
ma unera, qua in gerenda Repub: sustinemus, ve-
hementius niti, laborare, conari, omnemq;, quod
in proverbio est lapidem movere; quam ut voti hac
in parte nostri compotes fiamus, si nondum est co-
gnitum cujuscunq; ordinis hominibus: & nisi
res ipsa satis loquitur, dicendo nos quidem hoc tem-
pore vincere non postulamus.

Atq; hanc e multis rem esse nobis persuasum
est, qua Civium erga Amplissimum senatum ob-
servantia, & Optimatum erga eosdem amor, non
alatur modo & augetur: sed perpetuo florentem
fortunatamq; Rempub: efficiat.

Cum autem ante hoc tempus, scelere & ma-
lesicio Henrici Molleri proscripti & perditu homi-
nis, in cujus fide, & integritate nos acquiescere par-
fuerat, labefactatum sit Communitatis nostra scho-
lastica corpus: Ut sece labes illi ipsi aspergerentur:
& maculis ac probris miserabiliter turpificatu vi-
tiaretur: Sic factum ut pluribus nunc cum labori-
bus, tum impensis nobis opus sit, ad recreanda con-
quassata istius membra, & instaurandum qua col-
lapsa deprehendimus, & removendam deformita-
tem, qua optime constitutam antea hanc scholam
nostram.

nostram invaserat. Quod si, etiam si absq; ullius
culpa foret: Optimi etiam & florentissimi status
conservatio scholastici, arduam attentionem &
solicitem respectum requisivit: quanto nunc magis
laborandum nobis est & contendendum, ut eun-
dem modo non ab interitu vindicatum, pristina
laudi atq; nitore restituamus.

Et quamvis non desunt, quorum de Literis
existimatio atq; opinio vel parva, vel minus eti-
am honorifica est: tamen quicquid etiam de reli-
quis fiat, nos certè Inventioni nostræ hoc inculcare
neq; verrebimur, neq; desinemus: nulli eam usui
neq; Deo neq; hominibus unquam futuram, in im-
peritia bonarum literarum: & esse doctrina libe-
ralissima tractationem atq; exercitationem, rem
Deo Optimo Max. gratissimam, decus insigne Ci-
vitatum, culturam qua vicia extrahit, & dexte-
ritate atq; peritia precipiendi, tum oratione Sapien-
tia emendat natura humana ad pessima queq; pro-
pendentis inclinationem. Quamobrem quibus Re-
ligio, quibus Virtus, quibus Respub: & custodia
humane societatis cura est: apud eos fixum hoc atq;
immutum manebit: ea ipsa, quorum nos respectu
tantopere moveri & affici parest, modo nominata
nulla ratione alia excitari, fulciri, stabiliri, & ad
perpetuitatem durabilia reddi, quam optimarum


Et laudatissimarum artium atq; disciplinarum,
asiduo Et diligenti studio: Et bene beateq; viven-
di summam constitui in eodem studio oportere uni-
versam: tum vita temporaria atq; aeterna felicitate
de solo Et uno illo pendere: deniq; hominum
inter ipsos conciliationem, exterminato hoc pul-
cherrimo omnium, qua memorari possunt, bona,
barbaric oppressam, extrema calamitatis miseria,
in ignoratione omnium rerum necessariarum ob-
rui. Quod si quis repertus fuerit qui contra disse-
rere non dubitet, ejus insanientem sapientiam mis-
sam faciemus, neq; assensionem à nobis ullam in ve-
nire patiemur. Quae enim per Deum immortalem,
haec esse vitalis, ut est apud Ennium, vita queat,
qualem Homericus Ulysses, libro Odyssea decimo,
Cyclopes Et Lastrygonas degere memorat, ubi neq;
exortum solis quisquam, neq; occasum noverit?

Sed haec à Praeceptoribus nostrae scholae, quan-
do ad sedulo faciendum officium suum, discipulos
cohortatione sua excitant atq; inflammant, copio-
sius in caetu scholastico disputari solent. Vt autem
quantum quoquomodo, humana diligentia fieri
posset, in integrum omnia restituerentur: atq; omni-
mo è ludo nostro ut prodirent adolescentes, non mo-
do literati, sed etiam moribus exculti atq; elegantes,
ob eam igitur rem, Senatus Joannem Rivium, vi-

rum clarum, doctum & egregium accersit, ut
huic schola velut Gubernator navis ad clarum
sedens praeset: sed hac altius Dominus Syndicus
repetet, & qua Amplissimi Senatus & Scholarcha-
rum hac de re voluntas sit, plenius explicabit.

Faxit DEVS, ut id omne tendat, ad divini
nominis sui gloriam & laudatissimorum studio-
rum incrementum, etc.

ORATIO II. DN. DAVIDIS
HILCHEN SYNDICI ET SCHO-
larha Rigen: de Magistratus, parentum, prae-
ceptorum in educandis liberis, atq; adolescentum in
studiis optimarū artium officio: quodq; o-
mnibus serè idem sit scopus, sed non
idem tropus.

 **U**M rebus ita postulantibus, & urgen-
te necessitate, de Amplissimi Senatus au-
thoritate, sententia & voluntate, conventus iste
solenni & publico ritu, sit institutus: par est non
modo iuventutem scholasticam, cui peculiariter
haec opera datur, sed etiam religione, pietate, atq;
doctrina Reverendos viros: tum praeter hos hono-
ratissima existimationis & clarissimorum ordinū
C 3 reli-

reliquos quosq̄, qui frequentissimi, ad cœtum hunc
presentia sua conspectiorem & augustiorem red-
dendum confluerunt; intelligere, quam paterno
& sollicito Senatus noster affectu, in constituēda
quā optime inclyta Urbis hujus schola afficiatur.

Neḡ, vero mihi nunc quidem propositum est,
nulla bene constitutos optimarum literarum ludos
commendatione predicare, & quanto cum Eccle-
sia & Rerum publicarum ornamento & commodo
conservatio eorundem conjuncta sit, pluribus ver-
bis exequi.

Etenim necessitates publica quidem omnium,
privata vero singulorum satis demonstrant, hac cu-
ra neglecta, horribili barbarie & malis ac miseris,
ad quarum cum magnitudinem, tum multitudinē,
ac turpitudinem insuper demonstrandam, nulla
neḡ, vox neḡ, oratio suffecerit, hominum vitam
& conditionem compleri: de quibus scilicet & bo-
norū & sapientum prolixa querela in medio sunt.

Quanquam autem mihi dubium non est: in-
censas studio cunctorum mentes, & expectatione
solicitas atq̄, erectas teneri, ad cognoscendum ac-
curatius expositas horum causas congressuum: Tas
men quoniam à spectata sapientia Inclyto Senatu
peculiariter mihi quoq̄, procurationis Scholastica
pars demandata est; statui mearum primum hac in
parte

parte cogitationum summam explicare: atq; inde ad exequendum ea, qua presentis sunt instituti descendere. Quod dum facio, quaeso, ut me attentissimis animis, summa cum benevolentia, sicuti facere institulistis, audiatis.

Duo sunt (ut hinc potissimum exordiar) quae in homine, ut homo est, atq; ut hujus divini animalis conditio postulat, principaliter desiderantur.

Vnum quidem, ut sapiat; Alterum vero, politè ut eloquatur.

Literarum ergo finis ex subjecto hominis, qui solus ad discendum literas, natus est, adequato (ut Philosophi loquuntur) collectus, Sapientia est & Eloquentia. Quod idem Horatius expressit, dum haec fecit.

Quid voveat dulci nutricula majus alumno,
Quam SAPERE & FARI possit quod sentiat

Ad haec igitur in lucem natus homo, quam diu audiendo, legendo, & scribendo pergens velut legitimo quodam itinere, virtutis atq; industriae ornamenta, quibus ingenium excolere necesse habet, consecutus fuerit: Verus homo esse putatur: Qui vero in utroq; hoc est, sapiendi peritia & Eloquendi scientia excellit, is quantum homines bestias praestant: tantum hominibus ipse antecellit.

Sed hinc frequenter cives nostri mirari & quaerere:

rere solent, quidnam causa sit: quod, cum eorum
liberi natura singulari beneficio, ingenio valcant,
bonitate indolis commendentur, memoriaq; pra-
sellant, atq; adeo mentis instinctu, afflatuq; quasi
diuino trahantur ad sapientia & eloquentia cupi-
ditatē, magnasq; faciant laborum & sumptuum im-
pensis: tam pauci tamē sint, qui emergant, & propo-
situm studiorum finem assequantur: quae quidem
communis cum ipsis, nobis quoq; est admiratio.

Atq; huius sanè calamitatis causa non sine-
plices: neq; uniusmodi à variis proferuntur.

Etenim vulgus maximus erroris & imperitia
Magister, leuitate quadam, locorum atq; soli na-
turam, & asperitatem accusat.

Populares vero, deserta culpam expectationis
suae, inclementia infelicitum attribuunt astrorum.

Sunt autem ex numero eorum, qui sapientia
studio dediti, Philosophos sese inde perhiberi volūt:
qui deserui homines affirmare non dubitant spe sua:
quod non omnes pari modo disponant animas.

Etsi enim dynamis eadem, quae est facultas &
potentia sciendi, singulis inest: tamen scientia
ipsa, seu scibile illud, nobis ingenerata non sunt:
quod si vero esset: sequeretur, omnes eque ut omnia
scirent & eloquerentur.

Itaq; fit hoc, quod in agris animaduvertimus,
qui:

qui etiam si ejusdem terra & continentis soli sunt, pro diversitate tamen cultura, modo uberiores: modo pauciores fructus proferunt.

Sunt item, qui dicunt, præter potentiam sciendi naturalem, occultam adhuc quandam vim natura peculiariter à Deo insitam attribui, & ideo fieri, quod alii aliis sint acutiores ingenio, & Eloquentiores in dicendo.

Medici de versitatem corporum & differentem in iis dispositionem prætendunt: Quam quidem rationem Cicero probat: Magni enim, inquit, refert, quali in corpore locati sint. Equidem multa sunt in corpore, quæ mentem & linguam acunt, multa etiam quæ obtundunt, idq; pro organorum temperatura & crasis corporea (ut Medicorum verbis utar) tenore, quibus anima pro instrumentis utitur. Hinc ita Medici ratiocinantur, singulorum enim inquit animalium bonum in nativis operibus consistit: opera autem in necessario usu: usus in facilitate potentia exercenda: potentia in aptitudine instrumentorum: Instrumenta autem in varietate natura.

Quin etiam victus rationem non parum ingenius bene à natura formatis obstare, iidem profitentur.

Et si enim organa sint bene à natura disposita,
D tamen

tamen in iis, qua extra hominem sunt, multa accidunt: qua indoli nativa nocent: ejusq; aciem retundere solent: In primis autem exteriora tantum quadam accidentia nocent eis.

Voluptates autem qua natura humana potissimum allubescunt: majorem (ut Cicero loquitur) animi partem a virtute detorquent. In rebus autem humanis non sunt duo tam contraria quam voluptas & scientia. Habitus enim ille, qui intellectum hominis perficit, consistit in quadam abstractione a sensibus voluptatibus: & quo magis mens hominis ab istis impedimentis abstrahitur, eo citius finem & apicem studiorum pertingit.

Et haec quidem causa probabiles videntur esse, sed necessariae non sunt.

Mihi vero diligenter rem animo volventi atq; reputanti, hac prima atq; omnium maxima videtur esse causa: quod videlicet omnibus idem sit SCOPVS, sed non idem TROPVS.

Nam neq; Magistratus, neq; Parentes, neq; adolescentes, neq; Praeceptores eum sequuntur Tropicum quem scopus ipse requirit. Tropicum autem appello siue modos, siue vias, siue etiam rationes perveniendi eo, quo maxime aspiramus.

Nihil igitur mirum cum media pugnent cum fine: tam paucos esse, qui eum assequuntur. scopum

ad quem contendunt.

Et quia Magistratus primam hujus scholasticæ sterilitatis causam sibi vindicare videtur, ideo de eo, quod verum est, dicam.

TROPVS autem sive modus, qui in Magistratu requiritur, LIBERALITAS est.

Ad finem enim Literarum consequendum pertinet, Magistratum erga eos, qui erudienda iuventuti proficiuntur, liberalitatem exercere. Ac tametsi prima spes, posita sit in natura bonitate & ingenii habitudine, qua discentes præditos esse oportet: altera in Præceptoribus, tamen nisi Magistratus studium jungatur, præceptorum diligentia plerumq; remittitur:

Et sæpe in multis, rei necessaria difficultas, minuit industriam: multorum etiam præceptorum ingenia, quo sunt excellentiora, eo majorem liberalitatem, experiri volunt.

Neq; quisq; est omnium qui perpetuo gratis servire velit.

Et non tantum duo illa, Amor scilicet honesti & laudis aviditas, sed tertium etiam est pecuniæ scilicet studium, quod animos hominum ad res præclaras excitare solet.

Quam lente autem hætenus Magistratus schola nostra ope m tulerit, non est ita obscurum

ut pluribus demonstrandum sit. Quod ita tamen accipiendum est, non quod schola debita sua hactenus desecerint, (illa enim nunquam Senatus negavit) sed quod non uberiores in schola hac nostra liberalitatis fontes aperuerit, quibus Exteri excitati libenter ad Gubernationem scholae, toties evocati maturius advolassent. Laudem igitur Senatus non odium meretur, quod in tanta rerum omnium perturbatione, Sinopia redituum, scholam instituire, Thucusq; conservare voluerit. Quae beneficia, tanta tamq; praecleara sunt, ut linguis Glucris commendanda potius quam insectanda sint. Haec igitur de Magistratu: sed quid de parentibus dicam?

At enim illi non minorem huius scholae infelicitatis partem, ipsimet sibi nimia sua indulgentia & supina negligentia vendicant. Quod ut rectius intelligatur, prius illa omnino quatuor, quae parentes elaborare tenentur, praeceptorum loco: cum domi est adolescens, diligenter consideranda sunt.

Primum est, ut amorem liberorum erga literas excitent, & augeant eorum industriam.

Alterum ut agnoscat filius, à quo salutaria praecepta ad informandum erudiendumq; animum percepturus est, huic observantiam praestandam esse.

Tertium

Tertium ut ne pueri diligentia domesticis laboribus distrahatur.

Postremum ut in sermone & corporis cultu, atq; in victu nihil committatur, quod aut studia dehonefctet, aut evertat ingenii acumen, aut quoquomodo moribus officiat, servandumq; omnino est, Satyrici preceptum illud optimum.

Nil dictu scdum, vsuq; hac limina tangat

*Intra qua puer est, procul hinc, procul inde
puella.*

*Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti
Maxima debetur pueris reverentia.*

Deniq; cum modum Parentes adhibere debent, ut qua in schola proponuntur, quaq; ipsi tradere aut ignoratione aut occupatione impediti non possunt, eadem tamen velle & optare videantur. Atq; hoc pacto indoctus etiam parens puerum crudire poterit ad disciplinam.

Hic si orationis vela pandere, & quam longè ab officiis suis parentes discedant, commemorare vellem, idem mihi certè accideret, quod illi contingit, qui citius initium quam finem orationis reperire potuit: Sed Accusator erit, qui verum dixit, inquit Satyricus:

Contraho igitur vela & me contineo. Interim illud tamen mihi admonendi & rogandi sunt,

parentes, ne immemores officii sic negligant liberos, ut nulla arte nullisq; disciplinis imbuti, jure ipsi vicissim suo utantur contra parentes.

Lege n. 12 Tab. cautum est, qui nullam à Parentibus artem accepissent, eos ad reddenda educationis premia, quæ Græcis Tribrepteria sunt: non teneri. Verba Legis sic habent.

Filius arte carens patris incuria, eidem necessaria vita subsidia ne præstato.

Educandi igitur sunt liberi in disciplina & doctrina Domini ut Paulus inquit.

Ita Davidem filium suum Solomone m crudivisse legimus, ipsum quoq; Tobiam instituisse filium non obscurum est. Quam sancte Lothus ille Sodomæus, liberos instituerit, manifeste declarat, memorabile illud excidium patriæ, ex qua solus cum sua familia sospes evasit.

Hac qua ostendi quatuor parentum officia & alia veterum in custodienda, riteq; informanda juventute exempla, si Cives nostri sibi proponerent, eaq; imitari magno studio summâq; industria contenderent: minime dubitandum esset, quin plurimos non tantum Italis & Gallis similes, sed vis etiam præstantiores, brevis tempore laturo hac esset Metropolis Livonia.

Neg;

Negq̄ enim existimandam est, tardiora aut hebetiora esse nostra Regionis ingenia, quam aliarum regionum sint.

At si qua in re nos alii antecellunt, non meritis acumine, sed industria: non ingenii sagacitate, sed incitato studio: non scopo, sed Tropo nos superant.

Itaq̄, si nobis idem labor, idem studium, eadem Methodus, eadem industria, qua illi utuntur, statim ab ineunte aetate adhiberetur, fortasse eosdem etiam fructus parentes nostri meterent, Adcoq̄, a teneris assuescere multum est.

Vanus autem est omnis parentum labor: inanis omnis industria: nisi ipsorum etiam adolescentium discendi modus & Tropus quem requirimus adjungatur.

Nonne videmus optimum quemq̄ civem mirè de suis filiis esse sollicitum: ut præter publicos præceptores etiam privatos quisq̄ alat: cum tamen interim filii parum aut nihil proficiant: & rarissime propositos studiorum fines assequantur: cujus rei causam quid aliud dicemus esse, quam summam ipsorum Adolescentium aetatem, negligentiam atq̄ socordiam.

Gloriam quidem studiorum & finem Adolescentes amulantur, sed eorum media sine methodum.

thodum non imitantur. Sunt enim nonnulli qui
ubi aliquid vix didicerunt, opsimathia quadam
Et precipiti celeritate, uno impetu effusis quasi ha-
benis ad eloquentia studium, statim sese accingunt:
Et tanq̄ citius ad finem studiorum peruenturi,
multa prater volant scitu necessaria Quomodo au-
tem is rectè fari poterit, qui non plene vim Et ener-
giam rerum præcognoverit? Et ut omne studium
in ornatu verborum collocet, Et quadam phrasi
hinc inde corrasa desudet, tamen instar queruli
Psittaci Et loquacis Pica videbitur, neglecta re-
rū inquisitione. Qua opinione adductus M. Anto-
nius apud Ciceronem in perfecto Oratore, disertos
ait se vidisse multos, eloquentē omnino neminem.

D. Bernhardus vero apertius eloquentia na-
da, à rerum cognitione, corruptelam explicat,
dum ait:

Verbosulum adolescentem Et studiosum elo-
quentia, cum sapientia sit inanis, nihil aliud quam
hostem Iustitia reputes.

Tales hodie sunt rabula, veluti impostores, fa-
scinatores, vel interpolatores veritatis: umbrati-
lium omnium Et spectrorum artifices: Histriones
Et mimi, omittentes propriam materiam dicendi,
qua consistit in legibus.

Contra alii non desunt, qui vel errore vel o-
scitantia

scitantiâ ducti, rerum cognitioni adeo tenaciter
tanquam Caucasus affixi inherent, ut in ea veluti
ad Syrenum scopulos consensescere pulchrum & lau-
dabile ducant, adeoque animum ad Eloquentiæ stu-
dium nunquam ferè accingant.

Ex hac igitur quorundam vel nimia celeri-
tate, vel tarditate, tanta ingeniorum infelicitas &
opinionum diversitas existit. Hinc ille labes, hinc
ille lachrima. Et quanquam neutrius partis studi-
um probandum est, tamen ut in exstruendo ædifi-
cio non solum fundamentum jaciendum est: sed
progressus etiam in ædificando faciendi: sic in cog-
nitionis studio non perpetuo desudandum & saxum
illud Sisyphi volvendum, sed ad eloquentiæ studium
contendendum, & ab uno ad aliud moderato
progressu methodicamque contentione aspirandum est.
Sunt enim ista duo ita inter se conjuncta atque con-
glutinata, ut neutrum sine altero perfectum esse
possit.

Et quemadmodum nullus recte fari potest, ni-
si cognitione & scientia multa comprehenderit: Ita
quamvis à cognitione & scientia satis instructus
paratusque quispiam fuerit, in dicendi autem exerci-
tatione rudis aut non satis etiam, diu multumque
exercitatus: nequaquam tamen ea qua vel optime no-
vit, polite eloqui poterit.

E

Sed

Sed quæ potissimum methodus ad consequen-
dum studiorum finem necessaria sit, hoc opus, hic la-
bor est, non meus, sed præceptorum.

Ipsimet autem præceptores quamvis ordine
Postremi, non postremam tamen hujus sterilitatis
scholastica partem sibi vendicant: sunt quæ majori
etiam in culpa, præsertim qui in bene constitutis
scholis artes docent, sine Tropo & Ordine. Dum e-
nim (inquit Imperator Justinianus in. §. bis igitur
inst. de inst. & jure) statim ab initio rudem adhuc
& infirmum animum studiosi multitudine ac va-
rietate rerum onerant, duorum alterum aut deser-
torem studiorum efficiunt, aut cum magno labo-
re sæpe etiam cum diffidentia (quæ plerumque juve-
nes avertit) serius ad id perducunt, ad quod leviore
ac simplici via ductus sine magno labore & sine ul-
la diffidentia maturius perducì potuisset.

Hæc est illa inclementia patrum soli: hæc sunt
illa adversa astra: hæc illa occulta vis & Tyran-
nis puerilium ingeniorum: hæc fundi nostri scho-
lastici præcipua calamitas & pestis ingeniorum
est. Et quamvis præceptorum præsentium qui nunc
juventutem docent, opera culpari non possit: &
Amplissimo Senatui fides eorum ac diligentia
satis probetur: tamen senatus nostri (ut aliquan-
do tandem ad ejus voluntatem explicandam pro-
perem

peren, omnino quandam requirit exquisitam emen-
dationem, acuratioremq; Inspectionē. Quam qui-
dē et si D. D. Scholarcha ad se peculiariter pertinere
probē intelligunt: tamen in tanto maximarum oc-
cupationum concursu, quibus quotidie Reipub. cau-
sa obruntur, eidem inspectioni & reformationi
operam dare, nullo modo ipsis conceditur.

Sed quoniam nequaquam ullo tempore peni-
tus illam à se remotam volunt, magnis deliberatio-
nibus et maturo consilio aliquem inveniendum &
accerendum putarunt, cujus quotidiana opera, per-
petua & continua inspectioni servirent: cujusq; o-
mnis cogitatio & cura in gubernandis operis scho-
lasticis, tum in precipiendo, in consulēdo in monen-
do consumeretur: atq; ad ea que utiliter & fructuos-
se, cum in instituenda, tum in exercenda adolescētia
observanda forent, ostendenda dirigeretur: quiq;
totius Gubernationis scholasticæ rationes redderet
Do. Scholarchis: atq; ad horum auctoritatem & e-
xistimationem instituta sua & communicata cum
iisdem consilia accommodaret.

Cum autem imprimis certior & commenda-
bilior in prosequendo studiorum sine, Tropus & via
quam in tradendis artibus & optimis quibusq; u-
triusq; linguæ auctoribus, insistere necesse est, re-
quireretur: quod absq; præmōstrata in utroq; genere

ratione, nullus luculenta effectiois locus relinqui
posse videatur: etiam de hoc magnopere laboran-
dum sibi existimarunt: ut & vero & compendia-
rio in docendo tradendoq; itinere praeceptores fer-
rentur & ducerentur.

Ad haec igitur qua dicta sunt, omnia & singu-
la in hanc scholam introducenda: Amplissimus Se-
natus noster vocavit Dom: Ioannem Rēvium,
non solum bonarum artium professione, sed &
multis praeclaris ingenii monumentis clarissimum:
Qui quidem intellecta, jam ante Senatus nostri &
D. D. Scholarum sententia & mente, nihil
reliquum deinceps ad summam diligentiam factu-
rus est: in explendis & cumulandis iis, qua usua
& ornamento huic schola futura sunt.

Quanta vero ejus rerum omnium tam divi-
narum quam humanarum cognitio atq; scientia sit:
testes esse possunt ejus libri, & ii omnes, quicumq;
aliquid de Literis judicare sciunt. Ex qua rerum
tam multiplicium cognitione tantam sibi dicendi
elegantiam comparavit, ut majorem in eo nemo
bonus desiderare possit.

Hunc igitur hoc ipso tempore productū (quod
utinam felix faustumq; & schola nostra adeoq; Ec-
clesia & Reipub. salutare sit) pro ea autoritate qua
nos ab Amplissimo Senatu instructi fungimur, ju-
bemus

benus & volumus esse schola nostra Gubernato-
rem: à praeceptoribus & Inventute Scholastica a-
gnosci: & ea observantia qua debetur cum sene-
ctuti ipsius, tam gravissima quã sustinet functioni
coli: inq̃, iis, qua ille jusserit, suaserit, monuerit, pra-
ceperit, morigerationē legitimam adhiberit: tum ad
ipsius ductum & auspiciū universos & singulos
se se aggregare:

Atq; hoc mandatum Senatus nostri proprium
est, quod universi & singuli qui nostri esse volunt,
implere tenebuntur.

Neq; nunc prolixior futurus sum, ac potius ha-
ic ipsi producto in Conspectum hujus Conventus,
& Cetus Scholastici, Inspectori, copiam &
potestatem do: Verborum ut ipse ali-
quid in publico faciat.

D I X I.



ORATIO IOANNIS RIVII
DE CONIUNGENDIS PHI-
LOSOPHIÆ STUDIIS ET CO-
gnitione multiplici rerum, cum studio eloquen-
tia: sive de coniungenda Sapientia
& eloquentia.



Quod apud Senecam est, paucos esse, qui consilio se suaq; disponant: ceteros eorum more, qui fluminibus innatant, non ire, sed ferri: ejus documenta verissima, cum hominum vita prabet, in qua prepostere per orbem terrarum geruntur omnia: tum vero scholastica quoq; educanda adolescentia disciplina: qua nisi veris rectisq; prudentia consiliis fulta fuerit: inter vagabundos & futiles conatus ad nihilum tandem recidet: quemq; sibi proposuit virtutis & sapientia consequenda scopum, nunquam est adeptura. Hoc animadvertens & perpendens Clariss. Vir Do: Syndicus. Oratione diserta, atq; ad tempus & locum accommodata, de incommodis & difficultatibus, quibus cum jam pridem hac Schola conflictata fuisset: quaq; profectui discipulorum hactenus obstitissent: tum qua tantis malis remedia afferenda forent graviter & luculenter disseruit: mihiq; simul, solenni & publico ritu producto, copiam & potestatem dedit,

dedit, verborum uti ipse quoque in hoc tam celebri
summorum hominum conventu aliquid facerem.
Itaque cum eadem illa Ornatissima existimationis
& dignitatis illius oratio, mihi dicendo sit subsce-
quenda: ab eo potissimum ordiar: quod & mea de
optimarum artium ac disciplinarum cultu, opini-
oni imprimis convenit: & pietas atque religio omni-
um nostrum, erga tantorum Autorem bonorum
requirit & postulat: libenter & cupide totoque pe-
ctore, ante omnia gratias ut agam, aeterno Deo,
Patri clementissimi Domini nostri IESU Christi,
qui ad propagationem salutarem Ecclesiae Filii sui,
& vero etiam necessariam conservationem Rerum
publicarum, istam humano generi praeclarissima-
rum copiam mercium consulit atque concessit. Haec
enim sunt profecto quasi ferramenta quadam divi-
ni soli: quorum cum bonitate, tum usu, repurgari
in terris, propitius DEVS, labem inscitiae & erro-
ris, ac discuti ignorantiae tenebras voluit; non mo-
do multiplicibus bonis hominum vita & actio-
nes ut complerentur: sed etiam Religioni, qua ni-
hil mortalibus dari tribuique potuit sanctius aut pra-
estabilius: ingentia subministrarentur atque illu-
stria cum adjuncta, tum ornamenta. Etenim si
non modo res a nostra memoria propter vetustate
remotas, vestigando scrutari ceperimus: Sed etiam
si ii,

si ii, quorum aetas prouectior est, & quibus libera-
lius institutis, accidere solet plerunq; ut faciant:
longissime preteriti spacia temporis recordari insti-
tuerint: facile planum fiet, omnibus aetatibus, Ec-
clesiam Synceriores, hominum commentis & suo
perstitutionibus deformatam & depravatam, pri-
stino decori suo, reflorescentibus bonis literis resti-
tutam: & elegantia ac puritate erudita doctrina,
fedas ejusdem sordes detergas fuisse. Cum autem in
tanta perditorum temporum perturbatione, & e-
xtrema plane atq; delira mundi, & ruino si orbis
senecta, omnia ante oculos appareant.

In petrus ruere & retro sublapsa referri: ut ille
omnium Optimus & Maximus Poeta cecinit: sa-
ne eo excelso & illustriore loco posita, & predica-
tione quoq; ac gratiarum actione dignior est pra-
potentis Dei benignitas: qui in bene constitutis Re-
bus publicis, Magistratum vicem in terris illius
gerentium, animos impellit, & studia ixcitat, tum
voluntates dirigit atq; confirmat: ad colligendas
communitates ceterum Scholasticorum: in quibus,
praclarissimo beneficio illius, tranquillitate pacis
ocium confirmante, congregari conuocariq; disci-
puli queant: ad cultum & tractationem eorum po-
tissimum studiorum, quibus sanctissimi queritur
uominis & numinis ipsius gloria, tum Ecclesia
Iesu

Iesu Christi incrementa: Et hominum deniqꝫ socie-
tati ea emolumenta suppetant: sine quibus neqꝫ iu-
cunda esse vita, neqꝫ durabilis omnino queat. His
igitur precibus, omnipotentia divina instare par-
est amnes Et singulos, qui sollicito respectu Et an-
xia cura Ecclesie Et Reipublice tanguntur: ut orbe
terrarum imperis distributis, miserabiliter distra-
cto, Et bellorum incendiis ardente: tum inter im-
pendentium undiqꝫ periculorum metum: Et modo
non deploratum humani generis statum; interqꝫ
fatales miseras, Et inevitabiles conversiones, e-
xtremum rerum omnium interitum minantes:
Christianarum alucolos Scholarum, Et pros ceteris
discipulorum docentiumqꝫ, idem ille Deus Opt. Et
Maxi. quam commendatissimos sibi esse patiatur:
neqꝫ necessariam ad proseguendum cultum litera-
rum quietem, vel infelicitate aliqua, aduersus
istas sese incitante, turbari: vel bellorum terrori-
bus concuti: vel ullius deniqꝫ impietate Et scelere
convelli Et dissipari sinat.

Cum autem ipse quoqꝫ, nihil sane tale cogi-
tans, nec affectans quicquam: omninoqꝫ providen-
tis Dei, in cuius manibus, ut Regius ille Vates ce-
cinit, sunt sortes nostra, ductu atqꝫ auspiciis, ab
Amplissimo Inclytæ urbis huius Senatu operam me-
am, ad legitimam inspectionem studiorum iuven-

tutis, & gubernationem operarum Scholasticarum
vocari passus sum: quam quidem rem Omnipoten-
tiam ipsius fortunare: atq; ad Sanctissimi nominis
ipsius honorem, multorumq; insuper commoda con-
verti & dirigi vehementer etiam atq; etiam cupio:
existimavi, quo certius & tutius atq; adeo prolixius,
universi Reipublica hujus Ordines, optima
quaq; sibi de me pollicerentur: atq; libentius etiam
in fide & opera studii ac diligentia mea acquiesce-
rent: ne ve sinistrè cuiquam cogitandi de me occa-
sio praberetur: in hoc tam celebri & Christiano
conventu Amplissimi Senatus, summorumq; ho-
minum, Reverenda dignitate, tum sapientia & or-
natissima existimatione praestantiū: paratum, ut
semper antea fui, ita nunc quoq; esse oportere secun-
dum preceptum D. Petri Apostoli, ad satis facien-
dum omni poscenti me rationem, de ea qua in me
est spe. Quapropter liberè profiteor & expressè me
Civem esse, & juvante propitio Deo Trino atq;
uno, mansurum esse civem quam diu hujus usuram
lucis capero: ejus Ecclesia, qua Homothymadon, hoc
est, conjunctissima animorum sententia & volun-
tate, fidem in violatam amplectitur & sinceram,
Symbolorum Apostolici, Niceni, & Athanasiani:
quaque Orthodoxam doctrinam & normam Ver-
bi Divini retinet, comprehensam, scriptis Prophe-
ticiis

ticis & Apostolicis: atq; ab Evangelio Jesu Christi & Sacramentis, ab ipso institutis filio Dei Domino nostro Jesu Christo crucifixo pro nobis & resuscitato, ne latum quidem unguem, aut quatenus pilus intervenire posset, discedit: & congruentem cum iis omnibus, Confessionem Augustanam sequitur.

Hanc esse Ecclesiam Dei veram credo; ubi vox vera & celestis doctrina incorruptè auditur: & legitimus Sacramentorum usus cernitur: & nō defenduntur pertinaciter idola: tum fedi & horribiles errores pugnantes cum voce filii Dei. Ibi igitur me, me inquam, in societate vera Ecclesie esse certissimum & persuasissimum habeo: atq; hac ipsa fide & consolatione laetus & fretus: omnibus momenti expecto dimissionem à filio Dei, ex hoc impuro lachrymabiliq; hospitio, & iniquissima omnium rerum conditione: toto pectore credens, me quoq; ut omnes consopitos in Christo, penetraturam ad aeternam illam, & omnibus cumulatam bonis immortalitatem. Interea non dubito tales catus domicilia Dei esse: atq; ibidem ministerio Evangelii adesse Deum: ibi exaudiri invocantes: ibi coli Deum: ex eo catus colligi aeternam hereditatem filio DEI.

Quaecunq; vero caterua & agmina sectarū con-

traria sunt Religiosa huic confessioni: atq; ab ea ipsa discrepant, verbis, Sententiis, Phrasib; quaq; fucis atq; pigmentis. nō. desinunt pingere & stabilire, furores, blasphemias & impietatem suam, quocunq; nomine appellentur: toto pectore, sicut dum alibi vixi, in publicis concionibus meis feci: ita nunc quoq; damno, a versor, detestor atq; abominor.

Nunc autem, ut ad ea quae instituta huic orationi conjunctiora sunt revertar, in mentione suscepta à me gravissima provincia: non possum non debitum laudis justissima praeconium impartiri. Ornatissimi Senatus praeclari studio, in constituendo conservandog; celebri Gymnasio isto, ceu officina quadam cum pietatis tum etiam honestatis. Nulla est enim alia in terris excellentia, nulla eximia & illustris dignitas, nulla perfecta commendatio & laus: quam pietatis, honestatis & erudita doctrina. Est autem hoc Amplitudinis Inclyti Senatus studium: majore etiam cum gloria, & refectione erga communia, publici respectus, comoda conjunctum: quia nec obscurum est, nec mediocre, neq; ejusmodi quod silentio praeteriri debeat. Quamobrem cum nihil in rebus humanis, praestantius sit: nihil commendabilius, quam de Republica bene mereri: sitq; hoc officium ejusmodi, quod

quod non tacita paucorum, sed perspicua cuncto-
rum approbatione celebretur: maxima sanctissi-
maeq; rei conscientiam, ista erga optimas literas, ca-
rumq; Doctores & Magistros, affectio, celeberrimo
ordini huic est paritura: atq; uberior lauda-
tissimam curam istam, ab hominibus quidem pra-
dicatio: à Deo vero immortalis gratia & premia
consequentur.

Sed quia in ista cùm incunda, tùm obeunda
etiam provincia mihi tradita, exordiis operarum
mearum praemittendum esse aliquid existimabam:
quod & utilitatem contineret necessariam: & ani-
mi afferret liberam oblectationem: cum animo &
cogitatione tentam lustrarem rerum copiam, in
qua nemini deesse posset oratio: argumentam deli-
gendo promere institui: magnitudine illud quidem,
nisi admodum opinione fallor, praestabile: genere
vero ipso singulare: tum opera quoq; suscepta, ut
arbitrabar, & loco huic accommodatum.

Nam quoniam de M. T. Ciceronis, Sapientia
& Eloquentia Romanae parentis atq; Principis vo-
luminibus, librum exeme unum Partitionum O-
ratoriarum: quem is, qui operam nobis daturi
essent, in publica doctrina explicarem: cupio in-
stituti huius causam, & adolescentiae ipsi notam esse:
& omnibus bonis ac doctis praestari: Nec enim

hoc semper iudicium & consilium fuit: ut accurato
delectu habito, eos potissimum scriptores Adolescen-
tibus principio explicandos esse statuerem: inq̄, di-
cendi scribendiq̄, Imitatione ac consuetudine pri-
mos legendos: qui duas istas, Dei singulari & im-
mense beneficio, prae reliquis animantibus univer-
sis, soli concessas homini facultates, positas in sapi-
endi scientia & eloquendi peritia: praeclarum &
commendabilem quendam ad modum instruerent.
Earum, cum prior sit cordis, posterior linguae: illa
sententiae, haec verborum: Synesis rerum, Hermi-
nia elocutionis: itemq̄, altera rationis, altera ora-
tionis: gravissimum amplissimumq̄, quiddam, con-
secutus videri debet, homo liberaliter eruditus: si
cum elegantia orationis, & disertis sermonis erudi-
tione ac usurpatione, Philosophiae studia conjunxe-
rit: & pectus ipsum implere ornareq̄, studuerit,
multarum magnarumq̄, rerum, copia, bonitate,
varietate deniq̄, & sua vitate.

Sic enim futurū est, non modo ut dicere, sed et-
iam ut sapere videamur: ne verborū tantummodo
inani strepitu & futili pompa, inflata oratio, Au-
terem ineptum & hominem stolidum prodat.

Hoc igitur cum salutare quoddam opus sit elo-
quentia, quae pluribus ex artibus infinitaq̄, rerū co-
gnitione constat: visum fuit, hoc breve vè spacium e-
jus temporis, quod ad dicendum nobis conceditur

in perstringēda necessitate usibus atq; praestantia ue-
ra eloquentia consumere: tum quae *Equalis illa sū*
cessenda, in medium afferre. Quae quidē oratio no-
stra, si voluntate fortassis magis quā facultate com-
mendabitur: tamē hoc, ut spero, efficiet: ut quorū pre-
clarissima facultatis hujus comparāda causa, mens
accēsa est: in hoc potissimū argumēto cum explican-
do, tum illustrando: vires ingenii experiri velint.
Quicquid tamen est, quod nostra hac quidē in parte
mediocritate prestari potest: id ut Honoratissima
Magnifica Dignitatis vestra Amplitudo atq; exi-
stimatio. Et Reverēda dignitate virtute Et doctri-
na summi, qui cōvenistis viri, libentib; animis ad-
mittatis: Et orationi huic nostra benignas aures
praebeat: ea quadebeo reverentia peto: ā ceteris
autē officiose Et amāter postulo. Inter ea igitur, qui-
bus velut armis, Et cultu comitatuq; suo, instruenda
est ornandaq; adtransigendū religiosa pietatis, bo-
norū morum, Et optimarū artium curriculum, juven-
tus scholastica: nō postremas ferre partes, elaborati-
onē Et copiam disertae Et elegantis orationis: omnium
jam pridē sententia Eloquentium ita approbatū con-
stat: ut si quis contra sentiat aut dicat: is nihil sen-
tire Et dicere videatur. Quippe cum sola hac Et u-
na sit: cujus cum adjumento, tum viribus, animi
luculenta sensa, Et mentis praecleara cogitata, cum
aliis cōmunicantur. Hoc est insigne illud opus ejus

efficacitatis, qua graecis dynamis dicitur Hermenten-
tice qua continetur facultas scilicet pronunciandi
cogitationes, ad efferendum in lucem, delitescentia &
abditā in hominis intelligentia pulcherrima & spe-
ciosissima rerum cogitatione informatarum simu-
lacia: & sapientia solertiaq; consilia: qua mentem
ipsam rectissimis ac saluberrimis conceptibus reple-
tam esse facile ostendant. Atq; hoc illud est, quod
Socratem dixisse accepimus: ē sapientis & eruditū o-
re, tanquam sacrario quodam aperto, imagines
prodire vivas animi, illustri virtutis & sapientiae
laude commendabiles.

Etenim ē sermone certissima est ingenii con-
jectura. Itaq; idem ille Socrates, optima liberalissi-
maq; indolis, astanti sibi quodam tempore diu ta-
cito puero: Tandem (inquit) ut te videam loquere
aliquid: quod statueret, orationem verecundam,
modestā & sanam mentis indicem, proferre: & de-
monstrare interiorem illius habitum & bonitatem,
haud secus ac sapor potum probare aut cibum con-
suevit. Quod si tacentibus nobis, quid vellemus
intelligi posset: verbis & oratione locus omnino nō
foret. Nunc cum homines natura, siue melior et-
iam natura Deus ipse, non modo rationis usu, sed
sermonis etiam mutui commercio, ad hanc in ter-
ris societatem apte commodeq; degendam, congru-
entes

entes fecerit: naviter nimirum studendum esse
judicamus: non orationi solum ipsi, qua una homi-
nes bestiis maxime antecellunt: sed etiam cum co-
gnitioni rerum plurimarum, ad hominum usum &
salutem, ad bene beateq; vivendum pertinentium:
tum omnibus iis, quibus dicendi egregia ac prestans
comparata ratio & facultas: commentationi in-
cluse in veritatis lucem proferenda: atq; istis scienu-
tia cognitionisq; de vitis, ubicunq; opus fuerit pro-
mendis inseruit. Quod eo rectius dici judicandum:
quia necessaria copula, arctissimoq; nexu, duo hec
sta inter sese colligata atq; implicita sunt: ut neq;
sine re, verbi vis ulla sit: neq; rerum, nisi splendor-
re dictionis honestata fuerint, ulla perceptio. Ex
quo evidenter intelligitur: neq; usui esse cultum o-
rationis verborumq; nitorem, sententia subtrahenda:
neq; esse sententiam illustrem ullam sine honore
verborum posse: Itaq; acerrimo vir ingenio Ari-
stoteles, non modo in Ethicis Eudemeis, virtute
mentem instrui; sed etiam in Nicomacheis, effica-
citatem ejusde in cognitione atq; scientia prestan-
tissimam esse affirmat. Quapropter ex tractatione
literarum, quibus ingenium excolitur; conciliatur
ista quam querimus cordis & lingue conjunctio.
Quidem enim, ut est in primo de Oratore apud Cice-
ronem nostrum, tam furiosum fieri queat: quam

sonitum fundere optimorum quorumq; & praestantissimorum verborum, nulla subjecta nec sententia nec scientia? Itaq; apud eundem in disputatione tertii libri monet Crassus: non tam enitendum, ut volubilitate insignē acuamus & procedamus linguam, quam pectus, ut instructum geramus, omnium laudandarum artium procreaticis philosophiæ & peritia. Qui enim ita sese compararunt: ii ex se cotidie promunt aliquid: quo alios oblectent: multis profint: se ipsos vero laudibus illustrent.

Hoc igitur Philosophiæ & optimarum artium, de quibus efflorescere redundareq; necesse est orationem, artificium quoddam singulare est, ac dissimile aliorum: quæ fando in terris memorari celebrariq; possunt omnium: cum magnitudine & usum, tum splendore & dignitate sua: quod scilicet, ad eaduce & peritura vita hujus fragilitatem, cum gubernandam, tum sustentandam: benignitas diuina contulit. Iam cum studiosorum doctorumq; officium & munus sit: Oratione & Ratione melius uti, quam ceteri homines: unde aut quomodo obsecro idem illud consequemur, cum à sapientiæ studiis discesserimus? Neq; vero illi, qui hæc duo natura coherentia, aut opinione, aut errore, aut imperitia distrabunt: quantum & sibi & aliis damni maliue fruuant intelligere videntur: cum hæc duo no-

nina.

mina, unum intelligendi & sapiendi, alterum dicendi & eloquendi, ejusmodi amoris vinculo nexa jugataq; sint, ut si expertibus optimarum literarum scientiam dicendi tradiderimus: non eos quidem oratores effecturi simus: sed furentibus quorundam arma daturi. Itaq; hujus elegantia Illustris acumen, & laudatissima cura, cujus ad se multos rapit jam pridem gloria: in omnes prope diffunditur atq; excurrit Philosophia sinus: inq; cuncta sese illius insinuat penetralia: uniuersos deniq; persequitur adit⁹ et excutit promptuaria: laboris industria et diligentia sedulitate viam ad perrumpendum, maximis etiam difficultatibus obstructa aperiens. Neq; enim ea, quae reconditis in literis, infinitaq; disciplinarum copia versantur, cujus vis est acquirere & adipisci: nisi eorum, quorum non habet curriculum & finem, aut natura admirabilis, aut exquisita doctrina, aut industria deniq; nec modica tempore, nec remissa contentione. Haec igitur de quibus disseruimus, qui ad perpendiculum verissimi rectissimiq; iudicii revocare voluerit: intelliget opinor, honestande orationis vim ac facultate, nequaquam in fortuito verborum concursu, quorum sine re nulla vis est, posita: sed de exulta mentis collocupletato penu, tanquam de exuberante alveo quodam virtutis & sapientiae promanare.

Ex quo illud quoque efficitur: rerum priorem esse curam debere: atque ita deinceps ad hanc artificium faciunda ac poliunda orationis adjungendum: ut cognoscamus scilicet, quibus speciosa inventa et aberes cogitationes modis ornere atque illuminare possimus. Hac igitur dissipata et distracta tam bella et amabilia copula, in felices necesse est universos esse progressionum conatus: alterius scilicet, ut fecit Horatius:

Altera poscit opem res, & coniurat amice:

Neque vero prudens quisquam rerum estimator, nimis magnifice hoc dictum existimet: facultatem oratoriam, divinarum humanarumque rerum tractationem, et vitatotius ad commendabilem modum peragenda conformationem amplexam esse. Non modo enim in interiores inicit animorum puerilium sensus, et nomen et cogitationem prepotentis Dei, accurata et diligens oratio: sed etiam inde discedens, ad grandiores natu, tum ad populi undique confluentis multitudinem, ad frequentissimos denique concionum conventus sese convertit: pleno ore de religione intonans: sive ad continentendum in amore timoreque prepotentis Dei animos: atque ad stabiliendos eosdem, in quibus ista pietatis et religionis tanquam arbor intus adolevit: sive ad reprimendum exortum forte et longius gra-

us grassantem furorem impietatis: siue ad incutiendum mentibus prophanis & securis metum animadversionis diuina: siue ad profligandum monstra & portenta mirabilium opinionum: studio nitentia. Et per uersa emulationis aduersus veritatem nitentia. Ut autem proximè & secundum Religionis Orthodoxæ assertionem, egregiæ etiam decori honestiq; imagines, mirificaq; ista virtutis omniumq; rectæ species, summi, infimi, & mediocris ordinis hominibus insinuentur: pectoribusq; illorum adhaerescant: ac penitus etiam insidentes altiores radices agant: quibus illi ad cultum & custodiam officii confirmati, omni probitatis gloria, omni ornamento honoreq; virtutis condecorentur: eloquentium oratio præstat: quæ & in errore reprehendit: & in ignoratione crudelit: & delicta stultitiæ ac improbitatis castigat: & vicia de animis hominum resecat: & ad verum decus capessendum inuita & moribus accendit animos: eosq; ad quamvis honestam & utilem rem siue priuatis siue publicis in rebus instruit atq; conformat. Quod ipsum quia majus quiddam est, quam homines opinantur: sic fit, ut ea, quæ ad communium commodorum explanationem, tum ad utilitatem priuata & publicæ uitæ demonstrandam, itemq; ad respectum Reipublicæ, ad societatem civilem, atq; adeo ad per-

tentandos omnes sensus hominum, tum ad affectus ipsos, vel excitandos, vel sedandos, vel tollendos pertinent: ea igitur omnia sub hujus ambitum amplitudinis veniant: nullum ut possit orationis genus esse: quod aut exclusum sit, aut exceptum à laudatissima ista dicendi copia: atq; à summo illo, si nostra tenuitati, vocabulo uti amplissimo conceditur, Eloquentia studio. Quod quidem si non de Rhetorum tantum officinis, verum etiam de Academia spaciis & Peripateticorum doctrina sese extulerit: animo scilicet ipso, rerum & artium, in quibus plurimum momenti situm constat, utilium & necessariorum cognitione instructo & excolto: egregiam in spem vocamur: fore ut sana & solida ac ponderosa elucescat oratio: qua quidem in copia uberior, & in varietate jucundior, & in splendore ornatior, quocunq; velit audientes impellat: unde autem velit abducat. Rerum enim copia, verborum copiam gignit: ut Crassus apud Ciceronem disputat: ita quidem, ut si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, existat ex rei natura quidam splendor in verbis.

His ita mediocrium rationum inductione conclusis, perspicuum est, nec artem ad usum vita, neq; facultatem ad cultum ingenii accommodatorem, hac exercitationis cura aliam reperiri posse
ullam

allam: in iis quidem rebus, quae nitorem desiderant;
aut amplificationis, cum Majestatem, tum ubero-
tatem admittunt. Ejusmodi autem facultatis, in
consuetudinis luce atque usu eminentis, adminiculis
qui fulti sunt; prodire in publicum, & sustinere
conspicuum atque congressum strepitusque, adeo homi-
num non verentur: si ve ad disquisitiones & disser-
tationes ventum fuerit si ve promendum sit aliquid
in conventu & catibus hominum, in colloquutioni-
bus privatis & familiaribus, in foro & iudiciis, in
concione & ad populum, in consilii denique, capien-
di deliberationibus. Quin etiam ad multa, vel pro-
visa, vel inopinata, cum laude & commendatione,
pro re nata expedienda, beneficio hujus dicendi
rationis ornatè graviterque utentur periti illius, u-
bicunque opus fuerit: iidemque studebunt, ut sint pu-
blica militatis explicatores, & commodorum com-
munium interpretes. Hæc est illa nunquam satis
laudata ratio, quæ in tanta naturarum disimi-
litudinè, in tanta ingeniorum varietate, homines
sententiis discrepantes conciliat, tumultuantes re-
primit, insolentius reclamantes refutat: superbie fa-
siu elatos retundit, & improbitatis audaciã coëcet.
Hæc est, quæ perficit, ut nulla sit res, neque tam odiosa,
neque tam difficilis, neque tam mirifica etiã, in qua orator
non us ipsis comendabile se se præbet, in quorum existi-
matione arbitria veni, et non recusat, efficereque studeat.

quod ab illo requiritur, ut ad omnem affectum & habitum & voluntatem, traducatur, sive Iudex, sive auditor, hoc est, ut irascatur, mitigetur, invidet, faueat, contemnat, admiretur, oderit, diligat, cupiat, facietate afficiatur, speret, metuat, latetur, doleat, eundem etiam ut sive in negligentia, sive in turpitudine sui pudeat, ut pigeat: tanta sermonis rerumq; copia & exuberantia, ut illo apparatu instructuq; orationis ceu torrente quodam obruantur cum admiratione, audientium sensus animiq;.

Hæc est illa tantopere predicata facultas, et vis, in omnium optimo & perfectissimo, atq; ideo Oratorum Gracia facile Principe Demosthene:

quem mirabantur Athenæ:

Torrentem & pleni moderantem frena Theatri:

Quem pater ardentis massa fuligine lippus:

A Carbone & forcipibus gladiosq; parante
Incude, & luteo Vulcano ad Rhetora misit.

Uti est de eo apud Iuvenalem. Hac ipsa Pericles summus Vir in Gracia ita excelluit, ut consilio & lingua Princeps diceretur: existeretq; ut est in Elogio ipsius, Atheniensium omnium lingua et factis potentissimus. Is enim tantã sibi incredibili prope & vehementia & bonitate, & vero etiam maiestate dicendi, auctoritatem apud cives peperit: ut offen-

dere

dere eosdem non dubitaret, refragatus cupiditati-
bus incogitantia & Temeritatis illorum, & fractos
animo atq; in rebus dubiis desperatione percussos,
erigeret ac confirmaret: siue in consilio dando de
maximis rebus cum dignitate explicata sententia:
siue languentem populum incitando, & effrena-
tum moderando.

Hac eadem & admirabili & Illustri Excel-
lentia, ille quem superius diximus, sapientia & E-
loquentia Romana Princeps atq; parēs, M. Tullius
Cicero, Iulio Casari, qui profligato Pompeio Domi-
nus factus orbis terrarū: Quinto Ligario, hosti suo,
jam pridem apud animum, reditum ad gratiam pe-
nitus praclusisset: neq; tamen quicquam impedire
diceret: quo minus Ciceronem pro eodem dicturum
audiret: huic igitur Casari, idem orator ille, facta
dicendi potestate, colligendis sententiis, cōtorquen-
dis verbis, assensu autem extorquendo, eas admo-
vit orationis faces; ut attonito atq; stupenti, ocu-
lisq; fixis in Cicerone uno & solo herenti, libelli,
quos forte teneret, supplices, ē manibus elapsi efflu-
erent: atq; ipse, tantis sibi eloquentia Ciceronis im-
pactis securibus, quasi furore percitus: ē sella seje
proripiens exiliret: nihilq; precibus & orationi
Ciceronis negare posse profiteretur. Hæc eadem fa-
cultas fecit, ut Victor ex acie Pharsalica reversus

H

Casar:

Caesar Decretum proponeret, quo saluum & sospi-
tem, pra omnibus inimicis atq; ex cunctis Pompeia-
nis, Ciceronem esse vellet. Quod ipsum quoq; quia
paucis verbis, insignem laudem complectitur, tan-
ti Oratoris: quem non modo commendatissimum
adolescens cuperemus: sed etiam omnibus intimis
animi sensibus comprehendendum statueremus, re-
citare libuit. Est igitur decretum, pra scripto C. Ju-
lii Caesaris, & infra scripto C. Laboleni nomini:
cujus manu, ut opinari libet, per scriptum scilicet
illud fuisse: id quod Cancellos Principum, etiam
nunc in more positum habere scimus: interjectum
tale. M. T. Ciceronem, ob egregias ejus virtutes,
singulares animi dotes, per totum orbem nostris ar-
mis virtuteq; perdomitum, saluum atq; incolu-
mem esse jubemus.

Sed ut ad ea, quae conjunctiora sunt proposito
nostro revertar: hanc omnino eloquendi vim com-
plectendam esse statuo: quae rerum curam redolet:
praesertim cum verba sedem habere, si res subtraxe-
ris, non queunt. Neq; enim reprehensione carere
potest, quod aut inane aut stultum sit. Itaq; do-
ctrina scientiae eliminanda natura est, & per polien-
dum ingenium, magnis laboribus, summis curis,
& diuturnis vigilis. Ita futurum est, ut id
quod dicitur, commendabile tum fiat, cum interio-
ribus

ribus literis tinctum fuerit: effectumq; tale, probabile ut sit, & ratione conclusum. Quo quidem in conatu, dicendi ista comparata ratio, magno opere juuatur à differendi arte, cui ipsa Antistrophos est, ut Aristoteles scribit: hoc est, è regione quasi in Choro, differendi alteram illam respicit: quæ quidem res dissolutas diuulsasq; conglutinat: & dissipatas colligit: estq; Philosophia ipsa superior docendi ratione.

Forſitan occurrens nobis aliquis dixerit: esse ea quidem quæ memorantur, demonstratis tam præclaris & luculentis hujus studii effectionibus: inq; ostensa nequaquam ambigua ejusdem, vel Utilitate, vel excellentia eximia cuncta, & speciose ista predicando extolli: sed profecto rem totam ejusmodi, cujus in tanta, vel breuitate vite, vel miseria & fragilitate conditionis humane, paucissimi siue gloriam & decus adipiscantur: siue imitatione bonitatem consequantur.

A. q; ego equidem, omnia præclara, ut vetere Græcorum proverbio fertur, rara esse non nego: multosq; novi in optimo cursu, inq; optima spe laudis extinctos concidisse, atq; insuper fuisse non ignoro: qui amplitudine eloquendi atq; præstantia sua, spem imitandi cæteris admissent: sed profecto, neq; inconstantia in rebus humanis notabilitas,

ab honestissimo, industriam revocare debet propo-
sito: cum nemo nostrum sit, qui non sapientior, &
melior ac doctior mori mallet, quam stultior, de-
terior, imperitior: neque aliorum item, qui even-
tus fortunam secundissimam experti: omnia sum-
ma in dicendi usu & exercitatione adepti sunt:
Amplitudo atque prestantia, admirabilisque facultas
& copia, ullius studia aut deterrere debet aut re-
stinguere. Eoque id minus etiam, cum honestum sit
ut Cicero ait, prima sequentem, in secundis tertis
isque consistere.

Quare non est, cur eorum, qui se studio elo-
quentiae dediderunt: spes infringatur, aut langu-
scat industria. Nam neque illud ipsum, quod opti-
mum est, desperandum est: & in prestantibus re-
bus magna sunt ea: quae sunt optimis proxima. Quod
si, ut idem scribit Cicero, viciosum est, dicere or-
nate: pellatur omnino e medio Eloquentiae. Sin ea
non modo ornat, penes quos est: sed etiam univer-
sam Rempublicam: cur aut discere turpe est, quod
scire honestum est: aut quod nosse pulcherrimum est,
id non gloriosum docere? Quod si illud idem bene,
ornate & sapienter dicendi studium, ad Imitatio-
nem excellentium Oratorum dirigendo reductum
& conformatum fuerit: cur desperandum sit de suc-
cessu, nisi per inertiam steterit, non equidem video:

cum

cum Et facilior, Et certior, Et tutior denique, auspiciis Et ductu, ejus ipsius, quam vel solam, hac in parte requirimus Imitationis: universa in hanc rationem opera collocata decursus futurus sit. Nam si minimarum rerum sine arte, qua commoditate sua cultum doctrina Et successum laboris adjuvat, nulla sese tueri potest: Imitationis quidem certe, rei ut difficilime, sic praclarissime, artem esse aliquam ita in promptu est, ut disputatione non egat. Hujus autem usus ubi quaeretur, aut unde suppetet, aut quomodo exploratus exercebitur: cum ab Exemplis perfectissimis veterum, atque ab illo ipso praeceptorum, quod in exprimendis usdem sequendum tenendumque est, itinere discesseris? Positum sit igitur imprimis, sine exemplis Et demonstrata ad similitudinis expressionem via quadam, non posse effici, quem quarimus, Imitatorem. Loquor autem nunc de ea Imitatione, qua ad imperitiores attinet: qui voluntatis directionem, animique conatum univ ersum, ad propositum studio elaborationis suae exemplum aliquod conformando componunt. Nam ut artifices, absoluta Imitationis excellentem speciem Et informatam cogitatione sua, ultimam quandam perfecti generis sui formam, animo illi quidem cernunt: quam neque re ipsa visam, nec in alio cognitam, appellavit Ideam, ille non intelligendi solum, sed etiam

iam dicendi gravissimus Autor & Magister Pla-
to: sic imperiti exemplum intuentur: velut Apellis
Protogensq; tabulas, qui ad pingendi artem ani-
mam applicant: aut Phidæ & Lysippi statuas,
qui signa fabricari discunt: ad quarum acerrimam
contemplacionem, in pingendo quidem, manum
dirigere, & penicillum ducere, effingereq; linea-
menta: in signis autem sculptura operosam elegan-
tiam exprimere: in utroq; deniq; genere, similitu-
dinem attemperate in omnibus minimis etiam par-
tibus atq; membris proportionis & Harmonia, re-
presentare tentent.

Orationis autem Latine, studiosis disertis ser-
monis, unicum tantum, atq; illud idem optimum
perfectissiminq; propositum esse debet, omni-
um quæ fando dici aut nominari in hujus linguae
studio queant: Operum Exemplum Ciceroni-
anorum: quibus, ut præstantissimi Poëta verba
utatur:

Assuescant: primis & quæ mirentur ab an-
nis. Hac igitur.

Nocturna versanda manu versanda diurna
censemus: non ita quidem, ut Cæterorum ideo aut
contemnenda, aut abiicienda veterum scripta
autorum ducamus: aut necessarios & utiles quosq;
libros

libros excutere e manibus discipulorum erudita
doctrina velimus: hoc enim qui fieri possit? Sed
eruditionem elegantis & discreti Sermonis, & e-
laborationem commendabilis sermonis, ad simi-
litudinem scriptorum Ciceronis attemperandam
precipimus: inq; dicendi consuetudine eos &
proponendos discentibus & explicandos sentimus,
qui ad doctrinam, ut initio diximus, adjunxe-
runt eloquentiam. Reliquos autem, propter
cognitionem rerum multiplicem & variam, et-
iam si Ciceroni sese non aequent; accessione aet-
atis & temporis legendos: cum jam robor scilicet
factum fuerit aliquod in imitatione: & mi-
nus fuerit periculi metuendum, a dissoluta,
atq; inelegantiuscula, & horridiuscula aliorum
cum compositione tum elocutione. Sed hujus rei
explicatio major est, & aliud in tempus differen-
da. Quicquid autem hujus nunc quidem perse-
cuti sumus, excitandorum Adolescentium causa
fecimus: quibus profecto Ingenia non desunt:
ita quidem, ut Idoneos cultus nacta eadem, si
istam quoq; imitandi, hoc est, aspirandi ad di-
serte, & laudata Orationis decus, rationem
complecti volent: velle autem certe debent:
non penitendum opera precium facturos au-
gurari possumus: ut quod natura in ipsis pra-
dica-

predicabile esset: id Imitationis Illustri studio, multo etiam commendatius redderetur.

Hac est igitur unius e maximis rebus adambrosata quadam, oratione qualicunq; nostra, imago eius facultatis, quam in tanta tenuitate nostra, Amplissimo nomine Eloquentiam appellare solemus. Et si vera & Germanæ Eloquentiæ nomen multo est, augustius, quam hominum quisquam opinari queat.

Quod reliquum est, hortor optimos & erudita doctrina studiosissimis adolescentes: ut in ista exposita doctrina & Magistrorum, ingenio, eruditione & usu egregio in literis præstantium copia: hoc sibi unum & solum impositum esse statuunt: ut libentissimo animo laboribus Præceptorum perfruantur: & oblatas discendi proficiendiq; simul occasiones cupidissime arripiant: tum alacritatem atq; industriam suam excitent: ad complectendum verum cultum pietatis quidem primum omnium: tum necessariorum atq; utilium disciplinarum: quibus instructi, Dei. Opt. Max. gloria, tum Reipublicæ emolumentis usui esse queant. Inprimis autem facient, ut ad patientiam in perferendis laboribus, & constantiam in obeundis exercitationibus sese confirment. Hoc uno pacto, proxime quidem & secundum Dei opem, laboribus Magistrorum indu-

industria sua respondebunt: atq; extrema cum primis contexent: praesertim si ita animati fuerint: non modo ut ingredi iter ad consequendam bonitatis & sapientiae laudem praclarum & gloriosum existiment: quam stabili & certa permansione tam diu perseverare: quoad ipsos, quantum proficiant, non penituerit. Hinc porro tempus illud sequetur, ut animos oculosq; omnium in sese convertentes: quasi exemplum sese vitae honestarumq; actionum admiratoribus suis praebeant: quod quidem decus cura ac studio virtutis, & literarum divinarum humanarumq; cognitione, omnino sibi conciliabunt, & conservabunt: memores Platonici illius: Nemini copiam fieri ingrediendi in templum Virtutis & Honoris: qui non diu antea templum frequentasset laboris. De me quod dicam neq; multum est, neq; admodum necesse. Sed quoniam gravissimam mihi, ab Amplissimo Senatu provinciam traditam esse intelligo: & singularium curarum ac molestiarum nequaquam expertem: sane in his quae meae curationis & muneris futura sunt, cum obeundis, tum expediendis: eam fretus propitii Dei ope, & subsidio diligentia mea sultus operam adhibebo: quam re ipsa cognosce libentius, quam verbis & oratione prolixius a me demonstrari malo.

DIXI.

I

PROOEMIUM.

IN DISTRIBVTAS GVRI-
AS, CELEBRIS I.VDI RIGEN-

sis, Scholasticas: & demonstratas, docen-
di in singulis utiliter & fructuose,
rationes.

NON eram nescius, in exponendis ratio-
nibus, constituenda Scholæ hujus, nostris:
Varios mihi eventus orationis hominumq; perti-
mescentes. Nam quoniam maxima turba est eorū,
qui, nisi quod ipsi cogitant, spectant, sentiunt, lo-
quuntur & decernunt, nihil rectum putant: sic fit,
ut vitium hac in parte, hoc est, statuendi pro ani-
mi sui affectione, sæpius incurrat, quàm virtus.
Sunt alii, haud sane meliores: qui reprehendendis
& vituperandis alienis, ex depressione cæterorum
eminentiam quarunt: atq; hanc quasi materiam
& segetem gloriæ suæ, libenter & cupide arripiunt.
Qui quidem, si impetrare à nimio amore sui (non
enim nunc dicam insolentia, temeritate, arrogan-
tia, malignitate & invidentia) possent: ut cogita-
rent in hoc natos esse nos, ut communes utilitates
in medium afferremus, quicumq; hoc facere possu-
mus: equiores mediis fidius sese institutis atq; fa-
ctis nostris Iudices præbereni.

Sed si omnino morbo animi, quem Coccoët hiam Græci appellant, ita corruptum est hoc genus hominum: ut isto quasi pabulo reprehensionum, umbratici alienorum laborum arrosores, peruersas emulationes suas alant: quid polliceri istiusmodi Censoribus queat securitatē; ne simili ipsi quoque, in subeundis aliorum exagitationibus fortuna utantur: prorsus non video. Quemadmodum autem nos non ii sumus, nec haberi adeo volumus: qui campum Earenam nemine repugnante tenere contendamus: ita, cum Eautoritas Amplissimi Magistratus nostri, Etradita mihi, singularium laborum E molestiarum, ut experiundo quotidie cognosco, nequaquam expertis, munus atque officium provincie, libertatem, ad nauandam in hoc scribendi genere operam nostram, recusandi eripiant: cuius vis me potius, quam exquisitorum, debis rebus, qua nunc in manibus sunt, estimatorum, iudicium subitarum: nescio qua per motus animi dirinatione non desperabam.

Quapropter eos, à quibus nec cognoscendi æquitate, nec ignoscendi rationem abesse confidimus, bona cum ipsorum venia rogamus: ut si neque magnitudine grandes, neque multitudine varios, neque difficultate cum graves, tum etiam intempstivos, siue veterum scriptorum, siue recentiorum
libros

libros, quod ipsi fortasse futurum, aut existimassent,
aut optassent: inter mitia restituta Schola hujus,
introducetos esse in publicam doctrinam, de expo-
sitis hoc libro & digestis ordinibus Curiarum an-
imadvertent: iudicium suum paulum suspendant:
atq; in statuendo candorem & aequitatem adhibe-
ant. Nos enim ingressi suscepti administrationem
muneris: ita offendimus habentem sese rem schola-
sticam: ut necessaria magis quam speciosa remedia
adhibenda esse comperivimus. Cujus ipsius rei, cum
Amplissimos viros testes habeamus: nemini omni-
um iniquius quicquam dictum videri debet: pra-
sertim cum neminem oratio hoc loco nostra accu-
set: neminem perstringat: multo minus autem, hoc
nobis propositum sit: à quo, & natura, & iudicio,
& voluntate deniq; alienissimi sumus: ut existi-
mationi ullius detractum quippiam velimus. Itaq;
ante omnia ad vera & solida fundamenta lingua-
rum atq; artium jacienda hoc tempore conversi:
id operam omni studio cura q; damus: ut ex primis
studiorum liberalium initiis elucentur tandem
aliquando adollescentes nostri: & vindicare aggressi
si animos suos à necessariorum in primis ignoratio-
ne, ad graviora & ponderosiora aspirare nite-
rentur: à quibus (dicendum est enim id quod res
est) inertia ipsi sua, non Praeceptorum, virorum

doctissimorum culpa exclusi fuissent. Hoc autem
potissimum pacto futurum auguramur: ut sicut fir-
miter jactarum substructionum fultibus, inædifi-
cata, atq; ut fieri sæpè videmus, in tertiam & quar-
tam contignationem sublata ades sustinentur: de
quibus, ut adolescens Plautinus ait in Mostella-
ria, sibi quisq; exemplum expetunt: ita confirma-
tis in hoc optimarum artium & literarum curri-
culo, post devoratas insuavium molestias laborū,
ad accipiendos grandiores liberalissimæ culturæ &
doctrinæ satus, discipulis nostris: ea demum super-
struantur, quæ ad perpetuitatem, clavo, ut dici-
tur, trabali fixa immota & splendida durent. Neq;
vero contemnendum opera precium adolescentes
nostri facturi sunt: si à præterita publica, in studia
omnium & singulorum inquisitione, vertente an-
no, tam sibi comparatâ attulerint utriusq; linguæ
Græcæ & Latinæ ex optimis autoribus copiam, ad
futuræ novum inquisitionis conventum: ut eos,
quantum profecerint poenitere non possit. Quod
si etiam proximè & secundum linguas quas dixi-
mus, cognitionem non modo earum artium quæ
de sermone agunt: Sed etiam scientiæ numerorum,
quam Arithmetica proficitur: tum elementorum
Astronomiæ seu doctrinæ sphericæ consecuti fue-
rint: atq; eorum quæ didicerunt omnium peritiam,

eum exercitationibus assiduis & multiplicibus con-
iunxerint, scribendi, declamandi, disputandi:
Amplissimum laborum suorum hunc fructum fe-
rent: ut legitimo cultu comitatusq; suo instructi, ad
Academias, quæ sunt uberrimi Philosophia quasi
mercatus ablegati: cursum quem ceperunt, opta-
tissimo successu absolvant. Atq; hoc ipsum in no-
stra schola agi, ut ad laudem & decus eximium di-
scipuli contendant: exposita, quæ sequitur: do-
ctrina publica series satis demonstrabit. Cujus qui-
dem etiam tabellis (sic enim complecti eandem li-
bri) rationem docendi instituendiq;, accommo-
datam ad singulas Curias separatim, adjecimus:
quibus in isto laborum itinere suorum, Præcepto-
res scholæ nostræ: in sua quæq; Classe ferri conve-
niret: secundum ea, quæ plurimo usu, & longi tem-
poris experientia edocti, recte atq; utiliter in omni
genere studii atq; exercitationum usurpari oportere,
cognovissimus nos quidem: ab initio ætatis in
laboriosis agitationibus istis versati. In quibus ad-
huc etiam, Dei, ut planè statuimus, providentis
consilio desudantes: decurso penitus spacio curriculo
nostri: propinquam ex hac misera & calamitosa
vita, ad celestem illam, omnibusq; bonis cumula-
tam immortalem alteram, migrationem animo
nostro præsagiendo cernimus. His autem quæ expo-
suimus

fuimus hoc libro perscribendis: nequaquam ullo-
rum, hoc quidem in genere considerationes atq;
iudicia, aut aspernamur, aut è manibus precepto-
rum executimus. Quin potius in hujus societatem
gravissime pulcherrimæq; cura, omnes sapientes
¶ Ingenio atq; doctrina prestantes viros libenter
admittimus: Tantum abest ut quasi rigide Thesmo-
theta, aut soli sapere videamur velle, aut ullis ob-
trudere tentemus Insuperioribus: siue ea, quæ mul-
tis ab hinc annis luculento extracta ¶ concinnata
opere edidimus: siue hoc libro in arctum angu-
stumq; contracta, designatis potius quam explica-
tis omnibus, quæ erudiendæ adolescentiæ conveni-
rent, cum aliis nunc communicamus. Nostra e-
nim, hoc tempore, commodis Scholæ inservientes:
hasce in proposito restituendi ea, quæ vel omissa, vel
neglecta hæctenus animadverteteremus: nostras in-
troducimus ad docendum spectantes, cum utiles,
nisi admodum opinione fallor: tum usu ¶ experi-
undo probatissimas, ac necessarias imprimis obser-
vationes. Quæ cum ¶ Amplissimus Viris, D. D.
Scholarchis gratæ probataq; viderentur: ¶ iis si-
mul, quos ego posse judicare arbitrarer: confirma-
vi memet: atq; ita, quod publici muneris procu-
ratio mei; multis implicita difficultatibus: ¶ ii,
quorum nec autoritatem asperuari, nec volunta-

rem negligere deberem, jure propemodum suo postu-
larent: editionem rationum, in publica tenendarū
doctrina, nostrarum, facilius à me impetrari pas-
sus sum. Hanc igitur operam requisitam à Magi-
stratu, expetitam à bonis, necessitate postulante ex-
pressam, instituenda deniq; juvenuti & Pubi ido-
neam: omnibus, si fieri ullo pacto posset, probari
magnopere cupio. Si qui vero sunt, qui magis id a-
deo ut nobis adversentur, quam quod iis, qua hanc
ad rem requiruntur adjumentis instructi accedant:
in his nostris confingendis imperitiam suam prodere
non verebuntur: dum imitabilem hanc operam pu-
tant existimantibus, cum experientibus nihil mi-
nus sit: hosce igitur impetu suo, quo plus dedecoris
suscipiant è livore perversa amulationis, libenter
ferri, atq; animo suo morem gerere patiemur. Ad
nos quidem non dubio sermone multorum jam pri-
dem allatum fuit: esse scilicet, qui facilitate lingua
& accusatoria licentia debacchari ceperint in fa-
mam nostram, quiduis criminationum & calu-
mniarū nominatim spargentes de nobis. Quod quia
ab integritate Christianorū remotissimum esse con-
venit: si defensionem nobis existimationis nostrae
aliquam extorqueret; mirandum non foret: cum
nullo alio pacto, sive sanari sive compeisci, posse vi-
deremus maledicam istam, & longius quam par est
lingu-

linguam progredientem. Nunc autem ad propria
sua, calumniatores nostros, vitia, quibus vita &
mores ipsorum non belle admodum commendantur,
consideranda remittimus: ut discant, quomodo fo-
ris Argi, domi vero talpa deprehensi, non videant
mantica quod à tergo est. Ac meliorem ipsidem illis
mentem nos precari satius fuerit: aut profiteri, si
omnino dicendum est aliquid: nos neq; sensitse, neq;
fecisse unquam, quod à vanis hominibus falso in
nos confertur. Si quid autem veris & iustis causis
moti, contra quam obtrektorum nostrorum vo-
luntas ferret, egimus: de eo requirentibus, rationes
reddere quoquo tempore parati sumus. Interea quia
adversus Sycophantarum morsus remedium est op-
timum contemptus: voluntatis & factorum con-
scientia ac rectitudine nosmet consolabimur: neq;
adhuc quidem, iis armis, qua nobis comparavimus,
quibusq; tecti & muniti ad impressiones eorum, qui
morsibus suis nos appetunt, labefactandas & repe-
lendas, esse queamus, utemur: contenti aeterno ju-
dici, qui ad se vindictam revocat; nos nostraq; o-
mnia commendasse. Neq; verò à Philosophia nostra
discedemus: & quicquid vulnere est, quibus exi-
stimatio nostra ab improbis sauciatur: quicquid et-
iam vel injustorum criminum, vel obtrektionum
quibus pregravamur, id omne animi moderatione
sana-

sanabimus : cogitantes fore aliquando tempus, ubi
criminatores nostros, conscientia injuste & crude-
liter factorum convincet : ita ut de sese ipsi, cum in-
temperantia eos sua in sera poenitentia piguerit, sup-
plicium sumant. Quod si quid interjecto tempore
defendendi nominis nostri causa, severius scriben-
dum dicendumue fuerit : ab omnibus bonis postula-
mus, ut id improbitati & petulanti temeritati eorū
tribuant : qui nobis, cum patientia nihil proficias
mus : ita scilicet retundendi sunt : ut si quam male-
dicendo capere voluptatem, eam male audiendo
amittant. Sed à litibus, quantum fieri potest, abhore-
remus nos quidem : quibus quiete, in hac exacta æ-
tate nostra, nihil neq̃ melius neq̃ optatius fieri
queat. Nunc autem, ut Instituti nostri
ratio fert, exposita procedat publi-
ca doctrina series.

CLASSIS QVIN-



CLASSIS

QUINTA

	♂	♀	♂	♀	♂	♀		
6.	Mauritius moderator quin- nuda capita Christiana Hanc operam permutatis Pactetur autem recitatio	ta Classis, prioribus quin- Religionis: Deinde verò Vicibus hebdomadarū ita nē quinque capitum, in quin-	diebus, Catechesin Latinā Superiores eadem illa ex- peraget, ut priore, Cate- chese continuos dies: hoc est	& Germanicam ita exerce- ti Catechesi cū ex po- Germanicā: Posteri- oribus diebus unū cer-	bit, ut primum inferiores sitione jubeat pronunciare. ore uerò, Latinam urgeat: tum caput recitetur.	Hoc die horas ante meridianas uniuersas consumet Præcep- tor primum exigē	Ante meridiem, E- uangeli cuiusq; Do- minicæ dictum ali-	
7.	Idem Mauritius, hac hora uocem, quanta maxima po- bit pronunciare pensum cer- nice offerent; quæ ille ad I	INFERIORVM in cogno- test elegantia, formabit: tum lectionis ex Compen- sationem elegantia dili-	scendis pronunciandisq; e- ut ab omni deformitate uin- dio grammatico. idem quæ genter emendabit.	literarum os, & ur pueruli. Quo fa- unt & Calamo exe-	Linguam, tum, sonum atq; cto SUPERIORES jube- cuti sunt Latine & Germa-	da recitatione Cate- chismi: deinde RE- PETENDIS TRADI- TIS TOTO SE	quod, jam ante pro- positum, pueri quin- ta Classis reperent Ab ea repetitione	
8.	<i>Hora octa</i>		<i>ua dimittuntur pueri</i>	<i>Quinta Classis cum</i>	<i>relictarum curiarū</i>	<i>discipulis.</i>	PTIDVO ita ut repe- titiones & interro-	accedet ad recogno- scenda capita Ca-
9.	Si quid ex hora septima ab- soluerit; post id, SUPERI- mnis, Felix flectere: simul ilam exarata, emendanda Interea Mi	soluendum restabit, quem ORES paradigmata Decli- q; Vocabula diuersa separa- Mauritio exhibebuntur. nores DECVRIONI quif	admodum ob multitudinē nationum: ut sunt Musa, tim singulis proposita, Decl- q; suo, pronunciando red-	puerum quintæ Classis ac- er, Sacerdos, Fru- ta quoq; jubebit: ne- dent	cidere necesse est: id primū ctus, Species, Scamnum, O- q; hoc modò, sed etiam ca- nsu suum.	gationes clarissima voce peragantur.	techetica doctrina. præsentē & audiente unò & præceptorib⁹.	
12.	<i>Constituet Mauri- tius decuriones: qui</i>		<i>sua quisq; Decuria</i>	<i>Legendo et Scribēdo.</i>			<i>instent.</i>	
I.	Hac hora Superiorib⁹ voca- Hæc postea, ubi singuli sua Quod ubi factum, promif- da præbuit Antè omnia cu- intendat uocem suam, ipse uocem intendet: animadu- INFERIORES de hinc similiter proponet neridibus perscripta osten-	bula quina rerū, sed diuersa reddiderint: permutabunt cuè Latine & Germanicè in- rabit ut hæc recitatio Voca- quoq; Mauritius interroga- tet etiam quo modo permu- & Germanicè discentes re- vocabula, quæ hora tertia dant.	singulis proponet, cum signi- inter se. Eadē post tridie, à lin- terrogabit singulos de omni- bulorum claris: & inter silē- bit modo Latine, modo Ger- tent pueri uocabula. citabunt lectiones suas: & nō modo memoriter recitēt	ficationibus germanicis. gulis separatim reposcet: bus iis, quæ semel iis ediscen- tium omnium puer recitans manice pueros, & suā quoq; quæ scripserint exhibebūt. Iis sed etiam in Diariis & Ephe-	Recitabunt me- moriter Euangelica dicta jam antea assi- gnata: Inde è sequē- tis septidui Euange- lio etiam aliquid e- discendum.			
2.	<i>Hac hora, seme- stri astino dimittun-</i>		<i>tur è ludo pueri mox</i>	<i>redituri:</i>			<i>Hac horadum</i>	<i>Inter Vesu</i>
3.	Recitabunt superiores, qui nominum & uerborū dedu- num absoluant: Die lunæ sci Die jouis. Infinitium cum bus uniuersas absoluant Cō- tes, recitabunt ipsi quoq; modo pronunciata, sed et paratim de carta una atq; al- cabulorum collegerint, re- ximus, Diaria puerorum:	ex assidua lectione, siue Do- cti sunt: Paradigmata Con- licet, Indicatiuum: Martis, Gerundiis, Supinis & Par- jugationes. Perca- lectionem suam. iam in Diariis perscripta. tera instruere: Quandoqui- citando reddere tenebun- Idquæ singulis septiduis.	nati siue Grammaticorum jugationum: ita quidem, ut Imperatiuum: Mercurii, O- ticipiis, Saturai: Ita futu- & hoc pacto Coniugatio Inferiores voca- Iubebit Præceptor uniuers- dem Die Saturni, quicquid tur. Inspiciet etiam atten-	libellorum, ad inflexiones singulis diebus modum u- ptatiuum: Coniunctiuum, rum est ut singulis trimeitri- ne, germanice solum discē- bula rerum reddent, non sos & singulos, libellos se- præcedentibus diebus uo- tissimè, singulorum quædi-	Velpertinæ preces peragantur in tem- plo: pueri quintæ Classis detenti in Ludo: aut Euan- gelicas sententias aut Catechismum discant.	pertinas preces, aggredientur, no- uam insequentis Euangeli senten- tiam pridie propo- sitam, cum legere, tum memoriæ mā- dare.		

CLASSIS | QUARTA |

	D	♁	♃	♅	♁	♄	♃
6.	Hujus Classis Pueris, hanc nus permissum fuit; ut se us proficerent: certo deli	Matutina hora sexta, ingre- se legendis repetēdis que le natoq; consilio, adhuc iis	lis in scholam, ex quinta ationibus suis, tum ediscen- dandum esse exultitavi	scilicet translatis, atq; soli dis ijs quæ recitanda forent mus.	dioribus Paulo lectionibus memoriter, præpararent.	primulum admotis, hæte- Quod ipsum, quo facili-	
7.	Iohannes Ohm diebus Lu- lum Grammaticæ & Vor- tractu n: pueris hujus Clas	næ & Martis Compendio stij prolixiore libello con- sis proponit.	Die Mercurij in hac Classe, ut antea factum, diligenter exercetur Catechesis Luth- ri Latina & Germanica.	Sequentibus diebus Iouis continuat in Quarta Clas	& Veneris idem Iohannes se compendiolum Vorstii.	Rursum exercetur recitatio Catechetica latina & Ger- manica, sicut antea Die Mer- curii eodē Ioanne præsentē.	
8.	<i>Hora</i>	<i>oſtava</i>	<i>dimittantur</i>	<i>cum cæteris</i>	<i>Scholasticis quarta</i>	<i>Classis pueri</i>	
9.	David Reinitius Syntaxin Pueris Quartæ Classis tra- didicerunt: imbuantur po- nis Distichorum Catonis, primis: Syracidæ senten	breuiusculam ex Vorstiana dit: eo consilio, ut, quo- tiffimis & maxime necessa- quæ hætenus huic Classi- tiæ. Recentiores interim	illa collectam diebus Lunæ- nam exactissimè ante hoc- riis constructionum Regu- tradita sunt. Ad iuuentur Quartani exequantur cala	Martis, Mercurij & Iouis- tempus prima Rudimenta- lis ad usum interpretatio- autem propter pietatem in- mo lex ^o Nom. & Verborū.	Diebus Veneris & Saturni- us, ut hætenus fecit, ex- uangelis, Latine & Germa- proponit, ut ita præparen- Tertia Classe interpretan-	Euangelica dicta, Reiniti- singulis Dominicalibus E- nice pueris Quartæ Classis- tur ad integra Euangelia in- da & ediscenda.	
12.	<i>Hac</i>	<i>hora Mauritius</i>	<i>emendabit scriptio</i>	<i>nes puerorum quar- ta Classis.</i>			
1.	Diebus Lunæ, Martis &- lorum reuocat ad diligens- eundum quaslibet Oratio- do inlat pueris.	Mercurij Iohannes Ohm, & accuratum exercitium- nis partes: In primis autem	Nomenclationes Vocabu- omnium Accidentium se- declinando & conjugan-	<i>Uitata post meri- diem hoc die</i>	Die Veneris Dialogi Pue- riles scholastici adjuncti No- menclatori Iunii: quibus formulæ puerilium collo- quorum continentur, huic- Classi traduntur.	Pueri Quartæ Classis reci- tant memoriz mandata E- uangelica dicta. Nam recita- tio illa ante meridiem tota & integra absolui non po- test.	
2.	<i>Dimittantur</i>	<i>è ludo pueri</i>	<i>Descendant</i>	<i>Iouis.</i>	<i>Quarta Classis.</i>	<i>Hac Classis cum V-</i>	
3.	Disticha Catonis prosequi- interijcit facilimos intel- annotauerint, quidq; colle- genter.	tur interpretando cum exa- ctu Dialogos Erasmi, Diaria gerint, ex Distichis, & Dia	cum reliquo cætu scholastico- ad Vespertinas Preces- Pueri Quartæ- Classis.	<i>Serie.</i>	mine Iohannes Ohm: ijsq; autem puerorū hoc est, quid- logis, recognoscuntur dili-	niuerso reliquo cætu Scho- lastico, ad preces Vesperti- nas, quib ^o hebdomada clau- ditur, in Templum descen- dit.	M

CLASSIS SECUNDA

	♩	♪	♫	♬	♭	
6.	Ioannes Nobius Musicus minimus, de Grammatico Clasi, cum necessaria Præ integro proponit;	noster, Etymologiam Nobilibello D. Philippi huicceptorum explicatione, de	Sequens biduum idem denda Etymologia Verborum & supina Verborum erit.	Nobius consumit in tractum, Curabit autem ut præ exactissime perdiscant Pueri.	Hoc die Profodiam Nobius antea traditam, repetit: atq; ad metiendum, tum ad digerendum in numeros diuisa carmina: postremo ad uersus ipsos scribendos pueros assuefacit.	Die Saturni Nobilus Catecheticam doctrinam jam antea explicatam, de Corpufculo, ut vocant Neandri, omni studio curaq; repetendo urget.
7.	Nobius biduo priore conanz Hecyræ: ab eo loco utem in Terentianis lectioni in Præceptis erudiendæ se	tinuat lectionem Terentibi antea substitit: Quæ autobus tenenda censeamus: eacûdâ Clasis exposita sunt.	Sequens biduum consumet Verbu n Epistolis Familiaribus Curabit autem ut proximè onem excutiat simplicia & to simul vsulatiuæ linguæ.	Nobius interpretandis adbus Ciceronis libri secundii & secundum interpretati-coniuncti: cum demonstra-	Die Veneris, per mutatis vicibus Semestrium, proponet priore quidem Bucolica Virgilij: Posteriore vero, Locos Cõmunes Murnellij: ad necessarium usum scribendorum Carminum.	Exercebit Nobius, Inquisitionè accuratâ in lectiones totius septidui, instando pueris, ut honestissima æmulatione de loco disputantes certent.
8.	<i>Hora octaua dimittuntur</i>		<i>è ludo</i>	<i>pueri.</i>		
9.	Thomas Hockendorsius ante exordia operatum. cam Metzleri denuo proponi eiusdem, in Etymologia expeditissimi efficiantur.	Cõrector initio horæ nonz Postid Grammaticam Græzet secundæ Clasi: ut puenominum & Verborum	primum pueros Secundæ Sequens biduum consumetrio Græcæ linguæ vsu detatione Præceptorû de vitamoniam.	Clasis Pensum certum exidem Cõrector, in necessamonstrando, ex interpret& moribus Isoctatis ad De-	Nomenclatore Iunij recita Die veneris iubebit Cõrector secundanos disputare, in Græcis & Latinis: simulq; fit Diariorum per eundem recognitio.	re iubebit: idque faciet Repetitio generalis lectionû totius septidui hac hora exercebitur: quo certius cognosci possit, quid tota hebdomada discipuli profecerint.
12.	<i>Exercentur in Musicis unâ cum Primanis Secun-</i>			<i>dani quoq; Cantii. Choralis & Figurato.</i>		
1.	Nobius inferioribus Secundanis Argumenta Epistolarum emendabit: nam superiorum secundanorum scripta Cõrector corriget.	Idem Nobius Præcepta Ciuilitatis Morum Secundanis tradet: de libellis, siue Erasmi, siue Ioachimi Camerarij.	Cõrector Hymnos Prudentianos selectos: cum alijs? irem de Tempore & Festis Secundanis proponet.	<i>Visitata.</i>	Nobius ut ante meridiem huius diei hora septima, sic hac hora prima, permutatis semestrium vicibus, Bucolica & Locos Poëricos Murnellij tradet.	Cõrector prolequetur hac hora lectionem Hymnorû Prudentij: quemadmodum die Mercurij facere consuevit.
2.	<i>Hac hora dimittuntur è ludo Pueri:</i>		<i>Die Mercurij Secundani</i>	<i>Die Jouis.</i>	<i>ut antea.</i>	
3.	Cõrector huius horæ initio pensum repeter Vocabulorum à Secundanis ex Nomenclatore: Deinde scripta superiorum secundanorum emendabit.	Idem Cõrector Syntaxin Philippi tradet pueris Secundæ Clasis.	isti, itemq; discipuli quartæ tertix & primæ Curix, cum Præceptoribus ad preces vespertinas descendunt.	<i>Feria.</i>	Reuertitur Cõrector ad Syntaxin Secundæ Clasi explicandam.	Iterum ad preces Vespertinas celebrandas cætus Scholasticus cum Præceptoribus sese in Templum confert.

CLASSIS PRIMA						
c	d	e	f	g	h	
6.	Rektor Iudi Stephanus Deuthorn plicationem tribus diebus Lunæ, annum priores tres libros artis	Dialecticam D. Philippi de Martis & Mercurii continu differendi absoluat.	integro exorsus, ejusq; exans: operam dabit, ut intra	Grammaticam Græcam pulis hujus Classis tradet.	Clenardi idē Rektor disci-	Die Saturni Rektor Euan-gelia Græca Posselii, Versi-bus comprehensa, ut antea factū fuit; sic post hac quoq; adolescentes ipsos interpre-tari jubebit.
7.	Conrektor initio hujus horæ antea absoluta, quæstionem u-ligionem. Deinceps diebus Lu-scipulis primæ Classis Præcepta	quinq; continuis diebus, nam atq; alterā examinan-næ & Martis, explicabit di-Rhetorica D. Philippi.	antequā ad ordinarias lecti-do reperet; ad confirman-Sequenti triduo, permuta-ceronis, posteriore verò E-ponet.	ones accedat in prima Clas-se, ex Catechetica doctrina-dam in discipulis veram pie-tatem & Orthodoxam Re-tis vicibus semestrium, prio-re quidem Orationes Ci-pistolæ eiusdem Familia-res, ut vulgo vocant, pro-		Conrektor exercebit repeti-tionem Generalem lectio-num, totius hebdomadæ, suarum.
8.	<i>Partitiones Oratoria M.</i>	<i>T. Ciceronis explican-</i>	<i>tur continuis quinque</i>	<i>diebus, ab Inspectore</i>	<i>Schola Ioāne Rivio,</i>	
9.	Rektor Primum aliquot Nomen nis exiget, quod recitent. Quo Græcis scriptoribus solutæ Orati post hos suo tempore Xenophon cratica & Demosthenica; Posteri Hesiodum, Homerum, Theo-pholem proponet.	clationum pensum à Prima-facto priore Semestri, ex-onis, Luciani Dialogos, tum-tis prædiam; deinceps Iso-ore verò, Poëtas Græcos gnidem, Theocritum, So-pholem proponet.	<i>Syntaxis Græca Posselij expli-cabitur primæ Classi à Rectore.</i>	Sequenti biduo idem Re-mestrium. Priore quidem interpretabitur; ita tamen recognitio fiat Diariorum, bros Factorum enarrabit.	stor permutatis Vicibus se-mestrium. Priore quidem Æneidos Virgiliæ libros ut paulo ante finē lectionis Polteriore verò Ouidij Li-	Idem Rektor exercebit Re-petitionem Generalem su-arum, in prima Classe, lectio-num.
12.	<i>Hac hora Adolescentes</i>	<i>Prima.</i>	<i>Classis Musica</i>	<i>intererunt.</i>		
1.	Conrektor diebus Lunæ & Mar-poiū, trimestri vnum dabit repe-tea à se traditæ; Alterum deinde liquum ante examen publicum poris est, infumet explicandis E-doctrinæ Sphæricæ.	tis distributis vicibus tem-ten-dæ Arithmeticæ, jam an-Computo Ecclesiastico. Re-quitquid præterea tem-lementis Astronomiæ, seu	Rektor hac hora in Syn-taxi Græca Posselij pergit.	<i>Vitalis Teris.</i>	Conrektor hac hora Com-pendium Synraxeos figura-tæ contractum ex libro se-cundo & sexto Linacri Pri-manis tradet: ad certio-rem usum & intelligentiam in legendis scriptoribus.	Rektor explicabit, & ad Examen Grammaticū, atq; in primis ad Analysin Syn-theticam reuocabit Euan-gelia Græca Posselij; quæ discipuli Primæ Classis ho-ra matutina sexta interpre-tati sunt.
2.	<i>Dimittuntur</i>	<i>è ludo Pueri.</i>	<i>Exercentur</i>	<i>permittuntur</i>	<i>Rursus dimittuntur pueri.</i>	<i>Preces</i>
3.	Hac hora emendabuntur à Recto-re Epistolæ; atq; alia solutæ orati-onis scripta, priore quavis hebdo-mada, Latina; Posteriore verò, Græca. Emendationum singularū secundū permutatas vices hebdo-madū exempla Inspectori reddē-tur asseruanda: ut in examine post modum D. D. Scholarchis ostē-di queant.	Hac hora emendabuntur à Rectore Carmina; similiter permutatis hic quoq; vici-bus; hoc est, hebdomada vna, latina; altera verò, Græca.	<i>Preces Vespera-tina.</i>	<i>Præceptoribus & discipulis.</i>	Disputationes de loco, qui sunt honestissimæ amulati-onis accerrimi stimuli, in stituentur à Rectore in Pri-ma Classe.	<i>Vespertina ab Uni-verso catu Scho-lastico cele-brantur.</i>

HÆC series est doctrinæ publicæ ejus, quæ hoc
tempore in nostra schola exercetur. Nam ita
interjecto tempore, cum robur aliquod discipuli in
literis fecisse animadvertentur: introduci poterunt
ad uberiora illorum incrementa procuranda, ma-
gnitudine & usu potiora & solidiora plura, vete-
rum quidem imprimis & ante omnia, sed & recen-
tiorum scripta. Quod etsi scimus contrarium esse
eis, qui Governatores ludorum, quibusdam scriptis
suis, quæ in nostras manus venerant, eo nomine
modo non accusant: quod ad altiora, quam par fo-
ret, in Scholis partialibus aspirare non vereantur,
& Praeceptores & discipuli: Tamen vituperatori-
bus hujus sive instituti sive facti nostri hoc cogitan-
dum: longissimo locorum & temporum intervallo
has Aethiæ orbis ab Academiis Germania remotas
communitates Scholasticas, tantos cum itinerum
ad externos, tum studiorum sumptus atq; impendia
ferre non aequè posse: quamvis celeberrima istæ
Livoniae Metropolis Riga: ut superius retulimus,
ablegatione discipulorum ad externos, liberalissimè,
quicquid partium suarum intelligit implere non
desinit. Quod si ut cepimus & cupimus etiam suc-
cessus expectationi nostræ responderit: sperare pos-
sumus justè aliquando Gymnasii celebritatem
hanc scholam esse consecuturam.

2

Curia

CURIA QUINTA IN Q² HAC LI-
beraliter instituendorum Puerorum demon-
strata rationes: Et prescripti
modi.

Quantum in sese cum difficultatis, tum la-
boris Et molestia contineat, accurata Et
sedula educatio tenerrimae aetatis hujus,
que in hac quinta Curia ad primum literarum no-
strarum conspectum adducitur: non nisi experientia
credibile est. Itaque neminem hoc errore duci oportet,
omnium facilissimam esse, hujus siue agminis, siue a-
tatula ad optima quaeq², inter initia scilicet studiorum
conformationem: aut ejusmodi, que cui vis com-
mitti vel possit, vel debeat. Nam ut arborum semi-
na, tenellis nixa fibris stripium, attentam requi-
runt curam eorum a quibus aluntur: ne injuria
ventorum Et tempestatum uspiam affligantur, ob-
liquitatemq² ducant crescentia: sic puerulorum in-
genia religiose Et eleganter jam inde a teneris unguis
culis ad pietatem Et aecus dirigenda sunt: atq² ad-
versus ea, que multa Et varia in cotidianis vita
consuetudinibus perverse Et flagitiose geruntur: sen-
sus eorunde animiq², ita muniendi: ne quicquam a De
coro puerili discrepans, in lustrum cordis, ubi incu-
bet, irrepere incipiat. De quo prolixior hoc loco di-
sp²utatio necessaria illa quidem, propter incuriam Et
profa-

profanitatem multo maxima pars parentum, in
educanda sobole, inculcari à me non oportet: cum
quores reciderit cuius sit ante oculos. Nam accidit
nostra quoq, atate, id quod Horatius noster, sui se-
culi, sive deplorans sive accusans hac in parte futili-
tate, cecinit Oda sexta tertii libri: ubi hæc leguntur.

Ætas parentum pejor a vis, tulit

Nos nequiores: mox daturos

Progeniem vitiosorem.

Hoc moderatores omnium Curiarum perpèdendo
diligentius considerare par fuerat: ut quod negligèn-
tia parentum omitteretur, ipsi sedulitate sua restitu-
erent. Nos igitur quibus educationis pia, & morata
& literata partes à Magistratu commissæ sunt, id o-
peram dabimus, ut quantum quoquo modo fieri po-
test faciamus officium nostrum: ut sanctè & elegan-
ter ac liberaliter ad Calocagathiam, quo uno voca-
bulo Græci bonitatem ac laudem virtutis ac sapien-
tiæ complexi fuerunt: scholastica juvenus erudia-
tur. In hoc pulcherrimo, laboriosi illius sane, sed
laudatissimi conatus studio, nos quoq, operas Scho-
lasticas juvare cupientes: de sententia, autoritate
& mandato Amplissimi Senatus nostri: & quia
idem illud ista quam gerimus provincia in-
spektionis Scholastica peculiariter requirit: ratio-
nes & vias docendi distinctas ac luculenter ex-

expositas subiiciemus. Quas quidem si non modo cognoscere, sed sequi etiam Praeceptores huius Scholae voluerint: Et ea ratione, qua ipsis digna est experiri studuerint: utiliter ac verè tradita esse facile perspicient. Quod autem in huius quinta Curia docendi instituendiq; modis praescribendis, vel prolixiores forte, atq; adeo nimium solliciti, quam quidam fieri oportere iudicarent, fuimus: vel excuti sumus ea, quibus istiusmodi pueri admoventi propter infirmitatem captus sui omnino nondum possent: intelligi volumus, eas nos exposuisse rationes nostras, qua simul ceterarum moderatoribus Curiarum usui esse deberent: ita ut huic Curiae destituta praecipio, reliquis etiã serviret. Distinguemus ergo propositam nobis curam Et attentionem: eamq; accommodabimus ad respectum trium potissimum Et maximarum rerum, Pietatis, Morum Et Literarum. In quibus deinceps separatim, quid fieri conveniat Et oporteat, praemonstrando ostendemus.

PIETAS.

IAM primum ergo teneriuscula aetas nomine Et cogitatione prepotentis DEITRINI Et unius religiose imbuenda est: ut hac potissimum semente, temporaria felicitatis Et aeterna beatitudinis quasi fundam.

fundamentis quibusdam jactis : non modo quam optime sperare, sed etiam tacita animi divinatione augurari, de totius vite insequentis cursu & successu, cum Praeceptores ipsi queant : tum etiam parentum quilibet : cum sobolem suam, ad istam quasi officinam educationis publicae missam : inde potissimum ordiri videant : unde ad vitam bene beateque in terris degendam, necessaria quaeque & Adjumenta & Ornamenta petuntur.

PRÆCEPTA AUTEM HUIUS

Partis haec sint.

1. **C**apita pietatis Christianae primum omnium pueri hujus Curiae plane rudes, in primis inferiores, simpliciter & nude, vernaculo sermone, sine interpretatione recitare discant.
2. Eadem, supremum in hac locum tenentes, cum in interpretatione germanica : Latine verò, absque hac recitabunt.
3. Initium hujus operae, sumetur à prima matutina hora sexta, aestate : Hyeme vero septima : Par est enim omnium rerum bonarum initia à Deo immortalis duci.
4. Recitatio ista distribuetur in quinque continuos dies : ordiendo à die Lunae : ita ut singulis his diebus absolvatur caput unum.
5. Superiores hujus Curiae pueri, permutatis heb-

domadarum vicibus, modo Latinam, modo Germanicam Catechesin recitabunt.

6. Bini quoque ex adversum sibi astantes, mutua interrogatione, simulque clara voce & pleno ore, cum silentio ceteris audientibus, recitationem peragent.

7. Ne abutantur pueri }
nomine diuino, & me- }
ritis, supplicio atque vul- }
neribus Filii Dei. }
Al Blasphemiam:
Ad iuramenta:
Ad Mendacia:
Ad Impiam leuitatem:
Ad alia nequiora.

8. Relicti in ludo hi pueri, diebus Dominicis & Festis: quia propter infirmitatem aetatis & captus, nulli ad huc usui in templo sunt: jubeantur presente Infimo ex Praceptoribus, ante meridiem percensere Evangelica dicta: qua habent assignata a moderatore suo: a meridie verò recitare Catechesin utraque lingua.

M O R E S.

Proxime autem & secundum pietatem, cuius prima Cura esse debet: mores pueriles imprimis formandi, atque ad frenos disciplina recipiendos assuescendi: ne petulantes & ferocientes postea cum adulti scilicet hominum catus frequentare ceperint: secundum praestantissimum Poetam.

Haud

Haud secus ac liquidis inmissis fontibus apris praecipites in omnem turpitudinem & flagitia acti: conturbare, dissipare atque evertere omnia incipient. Itaque nunc brevem Synopsin puerilium morum & vicia eorundem subtracemus.

PRIMUM.

1. Manus & faciem lavanto.
2. Os ipsum frigida colluunt.
3. Pro custodia praeterita noctis Deo toto pectore gratias agunt.
4. Capillum pectunt.
5. Quibus opus est ad descendendum ea sollicitè colligunt.
6. Tum calceos extergunt.
7. Vestes scopula setacea purgant.
8. Ungues in primis pracidunt.
- Mane. simul
atque surrexerint.

DEINDE.

CUM jam tempus monuerit, aut quando cunque hora vocaverit.

1. Mature se comparant ad ludum: atque in hunc sese ante auditam horam recipiunt.
2. Inter eundem neque resistunt, neque respiciunt: sed recta & expeditè pergunt.
3. Ne ullos sermones in via cadunt: aut futi-
libuo

futilibus colloquiis indulgento.

4. Multo minus cum ullo siue noto, siue ignoto pugnato: aut quenquam ad lites provocato.

5. Ne in plateis clamores tollunto.

6. Magistratibus, & Sacerdotibus Domini: tum doctis & honoratis viris, itemq; senibus, in quos forte euntes inciderint: similiter Matronis & virginibus honestis debitam reverentiam exhibento.

POSTHÆC.

Cum jam ad ludum perventum fuerit, ingredienti-
entes:

1. Caput venerabundi detegunto.
2. Cum silentio suum quisq; locum occupanto.
3. Preces religioso concentu peragunto.
4. A precibus libellos suos protinus promunto.
5. Ad recitanda proposita ab Institutore se comparanto.
6. Præceptores suos reverenter colanto.
7. Eosdem attente audiunto.
8. Calamis & atro instructi sunt.
9. Libellos } Vnum, Ad exercitium pingendarum
singuli com } literarum & scriptura.
paranto tres } Alterum, Ad Diaria, & Epheme-
rides in nomenclationibus colligen-
dis.

Terti-

Tertium, Ad flexus vocabulorum
qua quotidie ediscunt: jussu magistri
calamo exequendos.

TANDEM.

Dimissi è ludo:

1. Ordine, compositis & placide suo quisq; loco
excunt.
2. Quae in via, cum ludum peterent, jussi fuerunt
facere: eadem repetentes domum observant.

POSTREMO.

Reversi domum

1. Audita in ludo repetunt.
2. Siquid jussi fuerint flectere nominum, id cala-
mo expediunt.
3. Parentibus subjectissime obediunt.
4. Epularum tempore mensam sacrant.
5. Inter epulas modeste, decenter et tacite se gerunt.
6. Ne se cibis infarciunt: neve potu ingurgitāt.
7. Ne verbum ullum loquuntur nisi interrogati.
8. Ne in immoderatos & effusos risus solvantur.
9. Fame pulsa, & siti sedata modeste surgunt.
10. Sublatis mensis gratiarum actionem recitant.
11. A cena itemq; à prandio moderato lusu sese re-
creant.
12. Cubitum ituri aliquid memoria mandant.
13. Tandem lectum ingressi piis sese precibus Deo
commendant.

INSTITVTIO CVRIAE QVINTÆ.

HOC pacto constituta observatione Pietatis & Morum: accedamus tandem ad Institutionem puerorum. Cujus quidem initia primis omnium à literis sumenda sunt: quibus nihil est coxilius. Distinguemus autē, quo planius intelligantur omnia: et certius accipi queat, quidnam hac in parte requiramus: Institutionis hujus operā totam, in capita ordine commemorata & exposita.

LITERARVM ET SYLLABARVM Pronunciatio.

OMnium verè eruditorum una vox est atq; perpetuum iudicium, cum elegante pronuntiatione, ingenii plerunq; elegantiam conjunctam esse. Itaq; hoc etiam major, Moderatoris hujus Curia erit attentio: quo plura hoc in genere à pueris peccantur: quodq; neglecta in puerili aetate hac ipsa planè & explicatè ac purè pronuntianti cura: magnorum, interjecto deinceps tempore, incommodorum causa esse consuevit. Quapropter literarū sonos docebitur puer planè et disertè, vocis clara pronuntiatione, et lingua flexibili incutpatè proferre.

LECTIO.

CUmq; jam à comprehensione seu complexione
litera-

literaria (sic enim definimus syllabas) ad integras
voces *¶* Recitandum contextum orationis, qua est
locutio, per os, quasi fores animi emissa, audien-
tibus sese communicans, peruentum fuerit: omni
modo curandum, ne inter legendum, à pueris lite-
ra aut opprimantur, in quo est obscuritas pronun-
ciationis, literis siue omissis, siue confusis: Aut ru-
sticè exprimantur: quod tùm fit, cùm plenissimam
vocalem quampiam, verbi causa à, vel è, vel ò, aut
quamvis fortè aliam efferentes, messorum potius, ut
Crassus ait in disputatione tertii libri de Oratore:
quam doctè, quam suaviter, quam politè pronun-
ciantes imitari videntur.

VITIA HAC IN PARTE FUGIENDA.

Curandum igitur omnibus modis:

Ne exprimantur litera putidius: quod est inepta

Ne obscurantur negligentius: (affectationis:

Ne vox exiliter exanimata exeat:

Ne eadem inflata sit *¶* Anhelata gravius:

Ne mollis sit vox, hoc, est effeminata *¶* muliebris:

Ne ultra modum absona atq; absurda:

Ne quid sonet aut oleat peregrinum *¶* in solens:

Ne pronuncietur quicquam hiulce, sed presse:

DEFECTVS QVIBVS SEPARATIM
LABORANT PVERI.

HÆC quæ retulimus, nequaquã anxie nimis

Et scrupulose conquisita videri debent: Cum ante oculos sit, nos jam diu amissam veterum in pronuntiando sinceritatem, studio nostro requirere: vel potius quasi per nebulam noscitare: Praesertim inter multiplicia oris vitia: quae quidem omnino Moderatori hujus Curiae, Et observanda Et corrigenda sunt. 1. Sunt enim quidam Ischnophoni: adhaerente lingua voces quasi diducentes.

2. Quidam Trauli Blasi: non assequentes litera certa pronuntiationem: quomodo Demosthenes, ejus ipsius artis cui studuit, hoc est Rhetorices, primam literam exprimere non potuit. Sed idem studio correctionis hoc postea consecutus fuit, ut nemo planius eo locutus putaretur.

3. Quidam Psellizontes Balbi: qui supplantant literam vel syllabam.

4. Quidam Colovota, qui ultimas literas ita supprimunt, ut obscura reddatur significatio temporis, numeri, persona.

5. Quidam Atypi: sonos scilicet confundentes Et fadantes.

6. Quidam Coilestomia laborant: in quorum ore, quasi specus cujusdam recessu, vox obscuratur.

7. Quidam (quod ipsi in nostris pueris observavimus) clausis oculis, quasi Myopes, admodum difficulter, quae recitanda sunt, pronunciant: apertis iisdem obmutescunt.

Qui

Quidam plane Aemos, hoc est obscure loquuntur.
Quidam deniq; Mogilaloi sunt: qui vix magno
sonatu exprimunt orationem.

REMEDIA EXPOSITO RVM

hactenus cum incommodorum, tum
vitiiorum.

Quod Demonax dicere solebat, non esse irascendum hominibus, si delinquerent: sed corrigenda vitia exemplo Medicorum, qui non indignantur agrotis, sed morbis medentur. Et curationes adhibent; Id rectè atq; utiliter hoc quoq; loco subiici potest: Ne Institutor protinus ad quodvis puerorum delictum, aut quemvis errorem serua voce intonare incipiat: Ac potius nutricis imitatione, ferat tenerrimæ ætatis, quam tractat inscitiam: Et semet ad illius naturam Et captum accommodet. Neq; verò satis est reprehendere, nisi ipse melius quippiam substituas: Quod fiet:

PRÆEVENDO literas, voces, atq; adeo lectionem integram, ac ducem sese pronuntiationis præbendo.

FERENDO comiter rudis ætatis imperitiam, Et recordando se quoq; puerum fuisse.

EMENDANDO subinde subsequenter pueri pronuntiationem.

CONFORMANDO ejusdem os, quod est honestamentum faciei: Vocem, quae est index orationis: Vultum, qui est imago animi: Gestum deniq̄, in statu & motu corporis compositi ad modestiam & ingenuitatem in recitando & loquendo.

His addantur:

HORTATIO, qua impellantur pueri, ut animadvertere incipiant, quantum ornamenti insit in suavitate expedita pronunciationis: Tum intelligentes unà sese omnem in studiis lufuros esse operā, si viciis suis indulgere perrexerint: omnibus viribus sese à deformitate oris & vocis vindicare conētur.

EXEMPLA, si rusticorum, & agrestium, & nulla assue factione conformatorum ad elegantiam pronuncianti, hominum vitia intueri jubcantur pueri: Ut rusticitatem illam aspicientes, sibi met e-mendatores esse incipiant.

DILIGENTIA, si saepè Inſtitutor, si crebrò inſtiterit puero: eiq̄ ad optima quaq̄ conſectanda autor fuerit.

CONSTANTIA in perſeuerando: Si ad dictā enjuſq̄ dici horam repoſcere nunquam deſierit, qua recitanda puero fuerint.

EXERCITATIO MUSICA: quae quanquam ab hac aetate nondum requiri potest: Tamen quantum ad firmitatem vocis in pronunciendo faciat,
dici

dici non potest: sed ad eā, grandiores postmodo pueri
admovebuntur.

CONQUISITIO asperrimarum omnino di-
ctionum, quarum quasi confragositas aliquid nego-
tium puero exhibeat, ut sunt Perterricrepus, horror,
tum alia item. Itaque Fabius Quintilianus censet,
Nequaquam difficilimarum quarumque differendas
esse vocum pronunciationes.

EFFECTVS EORVM QVAE

exposuimus Remediorum,

Consequetur autem Institutior observatione co-
rum quae ad corrigenda vitia atque defectus in
pronunciando modo exposuimus, haec nimirum:

Ut labor, siue in uno, siue in paucis sumptus,
ad universos reliquos curiae alicujus discipulos per-
veniat: hoc est, ut planius dicamus: Ut correctio
unius suscepta nomine, emendet omnes.

Ut indices facilior sit et feliciores reliqua corre-
ctionis successus.

Ut ipsi inter sese pueri alii alius praere incipiant;
et honestissima fructuosissimaque emulatione in vi-
cem certent.

VIRTUTES PRONUN-

ciationis.

Quae deinceps exponuntur, ea communia omnino
esse cupimus Moderatoribus. Quarta et Tertia
Classis.

Classis, cum hujus Quinta Curia Institutore: Vt
qua, pueri hujus, quantum ad hanc partem, ad ip-
sos attulerint: ea & meliora & pleniora ipsorum
assiduitate reddantur. Duplex est autem pronun-
ciatio: una Oratoria, qua cum sono atq; voce eximia
est: tum motu ac gestu corporis insignis: de qua qui-
dem ipsa nunc agere propositum non est. Altera
conjuncta cum morata varietate vocis, in exprime-
do sensu corū qua recitantur. In qua cum Indicē nos
habere vocem, supra dixerimus: restat ut quid ma-
ximē commendat Pronunciationem perstringa-
mus. Sunt autem secundum Ciceronem, qua ean-
dem commendabilem reddunt: Vnum ut clara &
perspicua sit pronuntiatio: quod ipsum est Sonori-
tatis: qua sane liquidius & apertius, qua recitantur,
audientibus alius communicari queunt. Alterum
est, ut suavis sit eadem, qua tractu vocis & elegan-
tia soni, sensus audientium cum delectatione in aus-
cultando contineat. Sequuntur post id secundaria
illa; nihilo prioribus vel leuiora, vel minus neces-
saria. Sant autem:

DISTINCTIO, qua conseruatis intervallis
membrorum & incisorum continuat orationem.

FIRMITAS, ut sufficiat vox prosequenda lon-
giuscula recitationi seu lectioni. Eam ad rem pro-
derit si initia submissiora paulo fuerint: ne arteriis,
statim;

statim, ut sit clamore completis, vox deficere inci-
piat: Id quod minus exercitatis & defatigatione
lassis accidere consuevit.

DECORVM: hoc postulat moratam orationē,
quæ quidem infima hujus Curia Puerorum, propter
captus infirmitatem, adhuc nulla esse potest: Prae-
sertim cum grandioribus etiam multum ea ipsa res
asserat negotii. In hac enim Decoro exprimendo
modulatio vocis dominatur: ad representandum
modo acuto, modo presso, modo citò, modo remisso
sono sententiam verborum, atq; adeo totius conte-
xtus: qua in parte, pro re nata, os quoq; & Vultus,
ad expressionem eorum, qua cogitatione concipiun-
tur & ore proferuntur, accommodentur necesse est.
Secus autem si quid commissum fuerit, verendum
est: ne simile quid audire cogamur: quod Smyrna,
Olympicis ludis, in Tragicum insulsum, Polemo
intorsit: Cum eundem pronunciantem, Otterra,
sublatis manibus suspicere in calum: Rursum in vo-
cantem Iovem, manus & vultum in terram conii-
cere cernens, diceret egressus è theatro cum disci-
pulis suis: Manu hic solecismum fecit. Est enim ut
Quintilianus libro primo scribit, in gestu quoq; So-
lecismi vitium: cum aliud voce, aliud manu &
facie demonstratur.

SCRIPTIO.

S

Nihil

Nihil est compendiosius ad magnam eruditionē,
quam posse probè & celeriter pingere. Neq̄,
uti Celeberrimus Vir Ioannes Lodovicus Vives
scribit: Quicquam mirabilius visum fuit in Insulis
superiore seculo inventis: quam posse homines in-
ter se communicare cogitata, & voluntates atq̄
consilia sua, missa cartula aliqua, maculis nigris
distincta: Rogarunt enim an Papyrus loqui sciret.
Quapropter quia cum lectione, de qua hæc enus eo-
gimus, scriptio quoq̄ est coniungenda: operam da-
bit Instructor: ut ea quæ capitibus ordinatim distin-
cta deinceps subiiciuntur, accurate observata exe-
quatur. Sunt autem hæc.

FIGURÆ LITERARVM.

Dabit operam puer præcunte, ut par est, & sic-
ri omnino oportet, Instructore: ut Corpora &
extrema literarum quam scitissime calamo expri-
mat. Corpora appello media in literis: extrema ve-
ro sunt, quæ in spacia dirimentia versus excurrunt,
Vel sursum tantū, ut b d h k l, vel tantum deorsum
ut Pedata et caudata litera, p q y vel utrobiq̄, ut f, s.

VITIA SCRIPTURÆ.

Omnino quatuor sunt è quibus rectè & emen-
datè scribendi ratio & scientia pendet. Qua-
re lubricus est & facilis lapsus, in negligentia præ-
sertim & fastidio discipulorum: Dum vel ea quæ
obiter

obiter & intranscurſu ab Inſtitutoribus dicantur:
oſcitanter in codices exceptorios coniciunt: vel et-
iam Dictata Magiſtrorum, negligentius, ut ſepe
fit in ſomnolentia exarant. Hos igitur apparet, cum
ſingulari aliqua diligentia, operam literis non dare.
Videndum ergo quid maxime vitandum in Ortho-
graphia. Curandum autem:

Ne omittatur litera quæpiam: cujus omiſſio vo-
cabulum nulli uſui reddat, cum non ſit latinum, nec
certi quippiam ſignificet: Verbi cauſa ne tereo, pro-
terreo: Nam tereo latinum proſus non eſt.

Ne qua redundet litera, ut ne Calleo exaretur
procaleo: Nam etſi latinum utrunq;: tamen diuer-
ſa utriuſq; ſignificatio: quomodo in cantus & catus.

Ne alia pro alia ponatur: in quo propter affinita-
tem literarum labi facile eſt: ut, quando Bolus &
Polus pari æſtimatione ſcribuntur.

Ne tranſponantur literæ, ut in altus & latus: in
cantus & naclus: qua ſignificationibus ſcilicet diffe-
runt: ne ve Sybilla, pro Sibylla quod rectum eſt.

PRÆCEPTA VENTAM ET
commendabilem ſcripturam reddentia.

Accurate & diligenter pueri perficiant, ſcripto
ra lectio ut facilis & expedita ſit.

Ut literarum corpora, hoc eſt media illarum, ſint
omnia equalia.

Ut paria relinquatur versuum spacia seu intervalla.

Ut pueri ad inaequalem versuum longitudinem fugiendam, cartas eleganter demarginare discant.

Ut iisdem marginibus, contineantur utrinque, finis scilicet & Principium.

Ut lentiore scriptione, & multi temporis opera impensa, celeritatem pingendi perscribendi que sibi comparent.

Ut versus equaliter ducantur. Nam secus si fit, factum est, & deturpat scripturam.

VENUSTATI SCRIPTURÆ CONTRARIA fugienda hæc.

NE nimium sese utrinque litera, quasi una alteri implicata, attingant.

Ne jungantur ductu promiscuo litera, qua vinciri recusant.

Ne separatim exarentur singula: Sunt enim quoque mutuo nexu gaudent: ut vs.

Ne cuspide scalpelli aut ensiculi scriptorii mendicæ scripturæ violata carta tollatur: satius est enim tenuem lituram inducere.

Ne sit tam tetra & obscura literarum confusio: Ut quod de epistola cuiusdam in tabellis perscripta literis, servulus Plautinus: id dicendum sit nobis quoque:

Hæc

Has quidem pòl credo, nisi Sibylla legerit:

Interpretari alium posse reor neminem.

Ne literarum turpis fœdusue ductus, Scarificationi gallinarũ, quàm hominis manui similior sit.

Ne longiuscula litera claudatur versus, si minusculis quippiam perscribendum fuerit figuris: satius est enim istiusmodi syllabam, quæ longiuscula sane litera quapiam terminatur, reiicere ad initium sequentis versus.

Ne mirificis & perplexis ductibus compendium queratur: quod tamen in obscuritate remorante expedita lectionis cursum, penitus nullum esse potest.

Ne id quod reliquum est versus (si integram vocem versus non ceperit) aliò quàm ad principium sequentis versus referatur.

INFLEXIONES NOMINVM

& verborum.

EX iis libellis Grammaticis, quos primos omnium, ut lectioni latina & germanica assuescant, manibus suis terunt: quotidiana recitationis suæ hunc fructum ferent pueri: ut nominum verborumq; inflexiones, secundum declinandi conjugandiq; universos & singulos ordines, expeditissime addiscant, & memoriter pronuncient.

Dabit ergo operam hujus Moderator curia,

ut & diligenter ediscere jubeat pueros suos nomini-
um verborumq; flexus: & postremarum imprimis
variationes syllabarum, arte non temere introdu-
ctas: quibuslibet in casibus, personis, numeris,
temporibus, modis deniq;, non modo expressissimo
voci sono edant, adjuncta pariter germanica in-
terpretatione: sed etiam legitimos in pronunciando
accentus uti observent & retineant.

Hanc eandem comparatam usu diligenti in-
flexionis peritiam, transferent ad similia cate-
rarum vocum flexus: quarum copia suppetet, ex
vocalibus seu nomenclationibus, quas secum
quotidie, propositas sub extremam omnium o-
perarum horam, domum referre consueve-
runt.

Quod quo citius & cōmodius ac certius quoq;
prestent pueri: jubebuntur, proposita, qua dixi-
mus vocabula rerum, primum calamo excqui;
observato & demonstrato flexu eorum paradi-
gmata, ad qua exempla recentia conformari necesse
est: deinde Moderatori Curia emendanda
offerre: postremo emendata memoriter fle-
tere.

In ea opella studii atq; laboris sui, tam diu
retenti, quo ad ipsos, quantum proficiant, judicio
& observatione Moderatoois sui, penitere non
possit:

possit: producentur postea separatim singula Decuria. Quarum quidem coram se assistentes pueros, interrogationibus suis, quo certius de profectu omnium & singulorum judicare queat: & quantum iis fidendum sit ut cognoscat: multiplices & varia ratione exercebit.

Primum, si nominis cujuscumque flexum exequentur pueri, ordietur Decurio à recto casu: alter nulla interposita mora post hunc gignendi, tertius dandi casum subiiciet: atque ita consequenter singuli singula expedient.

Interdum ut Moderatori libuerit, modo hic, modo alter, ad interrogationes respondebit: quid germanice significet hic aut ille casus: verbi causa, quid hac virtus: quid ab hac virtute, quid his virtutibus, quid has virtutes.

Tum permutatis vicibus quomodo hic aut ille casus Latine efferatur: ut Die Eugendt/ Von denn Eugenden/ Die Eugende. etc.

Idem tentabitur in verborum flexu, quod in nominibus factum fuit: latina scilicet ut germanicis: atque hac rursus illis inter querendum permutentur.

Proderit in verbis, ab initio querere verbi causa Indicativi, tempora, modos, numeros,
atque

meros, & personas: atq; inde decurrere ad extrema hoc est ex Infinitivo interrogationes prosequi: tū ab his rursus ad media: inde à mediis iterum ad extrema: & ab his vicissim ad prima pergere.

Interdum neminem nominatim interrogabit: sed promiscuè quæret, ut qui omnium primus, reliquos responsione sua anticipaverit: is merito suo & laudetur, & cæteris præficiatur.

Interjecto deinceps tempore, pueri cujuslibet Curia surgere jussi & ordine assistere: imitati ex diuturno usu præceptorem suum: ipsi semet attentè, audiente magistro, interrogati unculis mutuis, ad similem, ut expositum fuit modum, exercebunt.

Vix credat quispiam his rationibus observatis, quam expeditos & promptos, quamq; incitatos & alacres, hac pueros consuetudo sit redditura.

VOCABULA.

HAC quasi Coronide videmus plerumq; Institutores teneræ ætatis, operas cujusq; diei suas claudere: Ut unum atq; alterum Nomenclationum Vocabulum, antequam dimittantur è ludo, memoria mandatum secum domum referant: cum germanica interpretatione, quæ in Homocoteleton excat. Quod etsi puerile est: tamen in hac Curia ferri queat: ne iuvenes prorsus et vacui pueri ceperiantur:
responsio

responsuri interrogantibus, ut fieri solere comper-
tum habemus, parentibus suis: In reliquis vero
Classibus, quid utilius multo fieri debeat proposito
scilicet Nomenclatore Iunii, ubi generi cuius ac-
censentur species: paulo post cognoscitur. Ac de In-
stitutione quidem Postremi Ordinis hujus hacten-
us.

DE ERVDIENDA QVART TACVRIA.

Roximus à quinta seu postrema Classe,
undè primum omnium prescriptionem
Institutionis scholasticae certo proposito & consilio
exorsi sumus, ad quartam classem, retroactonimi-
rum ordine accessus est. Ad eam deducuntur pueri,
instructi primum quidem in iis Catechetica do-
ctrina, deinde legendi scribendiq; tolerabili per-
ticia: tum simplicissima paradigmatum è lectione
Donati percepta, nominum verborumq; infle-
ctendorum ratione: quam tandem, exemplorum,
quæ calamo exequi iussi fuerunt, exercitatione con-
firmarunt. Sed hujus Institutionem classis, quo pla-
nius fiat, quid observari, quidq; sequi ac retinere
necesse sit; distinguemus similiter ut in quinta feci-
mus,

mus, accommodatam ad partes Treis Pietatem,
Mores, & Literarum doctrinam.

PIETAS.

Primum igitur ad nudam Capitum Christiana
Pietatis D. Lutheri recitationem Latinam si-
mul & Germanicam, quam secum, ut modo dixi-
mus in hanc Curiam afferunt pueri: adjungent de-
inceps Latinam quoque Interpretationem: ejusque re-
citationi dies separatim dabitur Mercurii atque Sa-
turni: hora matutina, astate quidem septima: Hye-
me vero, octava.

Adjungentur simul Syracida sententia, quo
plus & pietate & moribus proficiant.

Ex Evangelicis etiam historiis, sicut nunc
fit, ita posthac perpetuo certis destinatisque ad eam
rem diebus, siue sententia, siue precepta, siue loci
denique excerpti, hisce iisdem pueris tradentur.

Antequam in templum, diebus Christianis
conventibus indictis deducantur: admonentur
à Preceptoribus, non modo ut sedate & compositè
sed etiam reverenter & religiosè Cerimonias,
tum præter has quacunque solenni ac publico ritu pe-
raguntur sacra aspicere studeant: sedque ad maximam
erga Deum & homines Reverentiam excitent:
tum universos ac singulos gestus, habitum, vultum,
modo

modo ingenua procumbentes, signo à Præceptoribus dato; modo ad hanc aut illam partem ora & faciem, sicut usus fert convertentes: modo deniq; inter conciones placidè & sine strepitu assidentes: ad Pietatem & Sanctitatem, toto pectore, omnibusq; animi motibus exprimendam, ritè & ordine componant.

Discursationes, garritus, risus, gesticulationes, lites deniq; atq; omnis deformitas penitus absint: Quod fiet facilius, si à Præceptorum oculis, quam diu intemplo morati fuerint, nunquam discesserint. Quorum quidem etiam hoc maxime loco Inspectio, æque ac in Schola inprimis requiritur. Cantiones, siue germanicas, siue latinas, voce sua ita exequentur cum aliis: ut non clamare, sed canere audiantur: inq; ea parte, sonitus deformes vocalium inprimis vitentur: ne unquam carparis pro corporis, & digitos pro digitus, in Hymno de Spiritu Sancto, & his similia in reliquis perpetram edant.

MORES.

Quantum sit momenti positum in conformatione morum: demonstratum fuit in præceptis instituenda quinta Curia. Quapropter quæ de hoc genere supra perscripta sunt: ea & recentibus &

superioribus quarta Curia discipulis opera & diligencia preceptorum in memoriam revocata inculcabuntur.

Sed præter hæc, quæ ad externam disciplinam attinent: ante omnia iniicitur nominis & numinis divini, pectoribus horum, timor ejusmodi: ut non modo à turpitudine factorum, sese innocentes & integros conservent: verum etiam cogitatione atq; voluntate, à flagitiis & impuritate sint alienissimi: Illud infixum mente gerentes, quod Thales, interrogatus an facta hominum Deos fallerent: respondit ne cogitata quidem. Quapropter interminatione divine pœna absterreantur: ne quid animo turpe concipere velint: atq; adeò secundum Catonis Majoris præceptum, etiam cum soli sunt, se ipsos revereantur: Propterea quod nemo à se ipso unquam discedit. Circumfert enim secum noctes atq; dies conscientiam; qua teste benefactorum, sicut nihil optatius est: ita crucibus illius nihil terribilius. Itaq; nocens se iudice nunquam absolvitur.

Magna pars peccatorum tollitur (inquit Seneca) si peccaturo testis assistat. Testem autem intelligi vult eandem, quam modo diximus, conscientiam. Repetantur crebrò versus satyrici:

Pœna autem vehemens & multo sævior illis:

Quas nec Caditius gravis invenit, nec Rhamanthus:

Nocte

Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

Ac ne quis hoc forte satis esse putet, ad innocentiam puerilem conservandam: illud etiam ad iicimus, tanta cura à maleficio eosdem hosce pueros revocandos: atq; ita assuefaciendos: Ut si quid vel soli, vel clam, alienum quippiam à pietate & honestis moribus admiserint: ipsi sese Magistris & Institutoribus sponte sua indicent: veniam delicti & pœna petentes, quem quidem morem, in severa illa & antiqua superiorum temporum disciplina, me puero, vixisse, affirmate profiteriqueo.

Jubeantur quo diligentius semet in officio contineant: noctes atq; dies hujus memores esse versiculi.

Ne pecces, Deus ipse videt, tuus Angelus astat: eundemq; requiruntibus præceptoribus, quam sapissimè recitare.

INSTITVTIO.

RVDIMENTA GRAMMATICES.

AD rudem autem hanc etatem instituendam; Opus est simplicissima, & quam longissime ab omni prolixitate præceptorum abducta methodo Grammatica: proposita iis, quibus cum illi recentes junguntur: tum complectente ea tantum, quæ ad uictu partium Orationis nudam cognitionem atti-

nent: Hac eadem ad verbum iisdem ediscenda proponetur.

SYNTAXIS.

ET quoniam veteres quartani quos diximus, atate & profectu, recens admotos jam pridem superant: exactissima, ut experiundo cognovimus, inquirentes in illorum studia, Compendioli sui cognitione: & ut illa aetas fert, satis expedita celeritate ad respondendum, de singulis orationis grammaticae partibus, earumque attributis: Curabitur; ne quid cursum eorum remoretur: ut quod nostro Instituto observatur: simplicissima, de consecutione seu structura partium orationis: quam Syntaxin dicimus, methodo ac regulis iidem imbuantur: earumque usus in Distichis Catonis, in Syracide praeceptis, in Evangelicis locis propositis, in Dialogis, in formulis denique quotidianarum loquendi consuetudinum, Nomenclatori Iunii adjunctis, ostensus demonstratur.

Assumi autem possunt interjecto tempore, Proverbia Solomonis, Publii Syrii Mimi: Dicta septem sapientium. Interea dum Syntaxis ista proponitur, recentiores & modo admoti huic Curiae, flexus meditabuntur propositos ab Instituto, nominum quorumpiam aut verborum: ad exemplum eorum Donati Paradigmatum, qua secum est quinta Classe

attus

attulerunt. Eosdem flexus, posteaquam satis opera priorib⁹ Quartanis datū fuerit, memoriter peraget.

Proderit hoc quoq^{ue}, ex sententiis Evangelicis, quas quarta Classi excerptas proponi volumus, ut antea dictum est: aliquid verborum & nominum sumere, quod interrogatione Institutor sua, per omnia & singula attributa seu Accidentia partium deducat.

INTERPRETATIO.

QUAE latine proponuntur Autorum scripta modò nominata: ea Institutor, accommodata ad captum puerorum translatione, vernacula lingua interpretabitur.

Hanc praeceptoris interpretationem subsequetur ordinatim pueri: Operam dantes, ut plene, ut inculpate pronuncient extremas maxime syllabas: Neq^{ue} jejuna aut hiante cespitatione opprimant vocales aut Consonantes: Quo vitio imprimis hac infirmitas laborat: et praeceptores quotidie experiuntur.

DISCVSSIO SIMPLICIVM.

QUO factò, accedet Institutor, ad singulorum vocabulorum cujuslibet lectionis discussionem ostendens vocabulorum origines, atq^{ue} in nominibus rectum casum: in verbis thema indicatiui: tum derivationes, significationes germanicas; itemq^{ue}

vox ipsa cuius partis sit: postea simplex an composita atq; alia id genus.

CONIUNCTORVM EX- PLICATIO.

Addat his una eademq; opera Coniunctorum considerationem, hoc est formulas locutionum commoditate brevissimas, intellectu facilissimas, proprietate purissimas.

Exequetur usum coniunctorum: siue infinito modo elata locutione, ut ediscere sententiam: siue finito, secundum attributa numerorum, personarum & similium accidentium: Ut, vide ut ediscas lectionem.

REVOCATA SINGVLA CON- iuncta ad Syntaxin.

Post hac ad legitimam partium Orationis structuram & consecutionem revocabit singula: ostendendo qua regula syntaxeos, quae libet coniecta vocabula pronuntiata sint.

Instruct ergo pueros ad respondendum, declarans adiectivi nominis, aut Pronominis, aut Participii cum substantivo constructionem: similiter verbi cum nomine: Participii cum casu verbi sui: Supinorum & Gerundiorum in legitima iunctura significationem: Adverbii deniq; cum verbo,

ut prospere redire: cum Nomine, bene potus: cum alio quoque ad verbum: ut verè Christianè. Idem faciet in conjunctionibus: demonstrans, quando & ubi aut atque novam orationem superiori: aut conjungant similes partes, numeros, modos, personas, casus, tempora, aut quicquid præterea vel partium vel attributorum est.

CODICES EXCEPTORII.

Omnibus modis curabit Institutor, libellos exceptorios in promptu pueri ut habeant: in quos, quæ inter discussionem simplicium & conjunctionum, tum inter examen Syntaxeos acceperint, coniciant.

Eosdem libellos, seu Ephemerides & Diaria quotidie inspiciet: atque severe ut asserventur instabit discipulis suis: Facilius ut in alio quoque delicto veniam, quam his aut deperditis aut neglectis, sese impetraturos persuasum habeant.

MEMORIA.

Diligenter pueri præcepta Grammatices & Syntaxeos: tum vocabula simplicia & conjunctiona memoria mandabunt.

Jubebit institutor pueros singulis diebus, antequam sub noctem cubitum discedant: aliquid ut de lectionibus suis iterum atque iterum recitent: quod
V postero

postero die, tanquam depositum à memoria re-
poscant.

Inculcabit pueris, bonitatem & facultatem
atq; adeò vim memoria: quod ea scilicet sit *Tbesau-*
rus omnis scientia & cognitionis: *Custos* erudita
doctrina: *Subsidium* presentissimum in librorum
inopia: *decus* & *Ornamentum* sapientia: *promptu-*
arium & *penus* instruendi & *asseruandi* multipli-
cem copiam bonarum literarum.

Inprimis autem exercenda memoria pueri
hujus *Classis*, & ediscendis iis, qua reddenda me-
moriter sunt: utiliter & rectè insumant horam ma-
tutinam ab ingressu sextam: qua quidem in hac
Curia omni lectione penitus vacat: ob expositam,
quarta *Curiarum* tabella, causam.

EXERCITATIONES.

HÆC ita introducta, ad Institutionem hujus
Classis; ut usu quoq; & exercitatione firmen-
tur: faciet *Institutor*, ut quasi in rem presentem
deducat discipulos: non modò ad explorandum pro-
fectum horum: Sed etiam ut expeditos atq; in o-
mnem partem promptos redditos, præparet ad gran-
diores, ceterarum *Curiarum*, doctrina satius. Pro-
bentur

bantur ergo nobis in exercitationibus ordinatim infra scripta hæc.

Jubeat Institutor unum e catu surgere, ^{1.} Analysis. eiq, proponat siue sententiolam, siue Periodum, ex iis, qui proponuntur libellis: quã puer, nemine interrogante, audientibus autem cum silentio & attentione ceteris univcrsis: ab initio ad finem, nulla præterita nè minima quidem vocula, Analysisi retextam, revocet ad excussas partes orationis, & partium singularum attributa.

Disputationes quoq, de loco introducen- ^{2.} Disputationes. tur: quarum concertatiuncula mirificum pariunt amulationis studium. Magna enim ingenia gloria stimulat: quin etiam ignavum & jacentem hominem excitat & erigit.

Provocandi sunt quoq, pueri ad Latine ^{3.} Initia Latine lingus. saltem balbutiendum: Quod fiet, si Institutor formulas nudas & perbreves vernacula lingua seu locutiunculas germanicas deis libellis qui huic Curia traduntur, atq, iisdem noti & perspecti jam esse debent, latine efferre jusserit. Quam ad rem, & quo facilius conatus

iste procedat: multa suppetent, ex Dialogis, quos antea Nomenclatori Iunii adiunctos diximus: Taliis item Erasmicis facilioribus qui similiter his praeleguntur.

4.
Integra locutiones in flexo.

Proderit hoc quoque, si iusserit Institutor pueros, integra locutionis alicujus flexum calamo primum, post id recitando memoriter exequi: Quod quantum valeat, & quam promptos reddat pueros, usu experti sumus. Exempli gratia: Indicativo praesentis: Ego cum, quem dico, si volo, audio: Tu, cum quem dicis, si vis, audis: Ille, cum quē dicit, si vult, audit: atque ita consequēter.

Idem illud & Orthographiam juvabit: & expeditiores pueros ad pingendum reddet: & agiliores ad flexus verborum efficiet.

Quo facto, jubebitur puer memoriter locutionis per modos, tempora, numeros & personas in flexa recitationem peragere.

Idem in nominibus fiet, ut conjunctum cum substantivo adjectivum quodcumque, hoc est, sive Nominis, sive pronominis, sive Participij, similiter in cartā coniciant: mox memoriter recitaturi.

Exempli gratia: Nominativo casu, haec sententia

sententia utilis & valde bona, instruēs bonos mores, atq; ideo magnopere probanda. Genitivo, hujus sententia utilis & valde bona, instruētis bonos mores, atq; ideo magnopere probanda: tum deinceps per reliquos numeros & casus.

Quoties pars aliqua Grammatica aut caput Regularum Syntaxeos, aut Dialogus, aut deniq; simile quid absolutum fuerit: iterum & saepius ordine recitabunt, quicquid illud fuerit, pueri: quo firmitus & ad perpetuitatem alius omnia infigant.

5.
Recitatio
eorum quae
audita sunt.

Erit idē lingua procudenda usui, quo & expeditior & certior reddatur pronūciatio.

In exploranda celeritate ingenii, & explorate constituendo de profectu in flexibus nominum & verborum: utiliter pueri, cum ante examina publica, tum in iisdem interrogabuntur, non modo directe, ordiendo scilicet ab initio & ordinatim per tempora ac caetera attributa procedendo: verum etiam mutato varium ad modum ordine, ad perfectionem quandam peritiae, quantam illa aetas capere potest, deprehendendam: Ac tum quidem mediocriter collaudandus puer, qui in hoc genere respondendi primas

6.
Interrogationis
variatio.

tulit: atq; idem tanquam exemplum, quod
intueantur et imitentur ceteri proponendus.

Mutatio autem siue varietas interro-
gandi ita procedet: si aut promiscuè de attri-
butis generum, numerorum & reliquorum
accidentium quasitum fuerit: aut si in con-
jugando potissimum, modo à mediis alicu-
jus verbi, interrogationem deduxerimus,
pergentes ad ejusdem verbi seu thematis in-
itia, ac post id in extremis consistentes:
Modo ab ultimis perrexerimus ad media,
procedentes ad prima: Modo ab ultimis
progressi ad media, tandem ad prima deve-
nerimus: Modo deniq; ordientes ab extre-
mis verbi, recurremus ad prima, & desic-
rimus in mediis.

7.
Precepta. Hæc in præsentia sufficere queunt, subje-
cta Institutõibus quarta Curia: ad dili-
genter & fideliter faciendũ officium suum
Hoc tamen quasi Corollarium quoddam
addicere hætenus expositis visum:

1. Ut gravitatem & severitatem huma-
nitate inprimis, & comitate temperent &
condiant.

2. Ne tenerã istam atatem sollicitã habeant
inculcatione difficilium rerum.

3. Ne

3. Ne ad quemuis errorem protinus virgas & verbera ingerant.
4. Ne onerentur pueri Dictatis, quorum neq; intelligunt quicquam, neq; per aetatem intelligere queunt.
5. Si quid praescriptum in tabula, pueris describendum erit: Id illi nequaquam inter lectionem describent: potius iis horis quibus vacatio à lectionibus datur.
6. Ne Praeceptores quidem ipsi lectionum & operarum suarum cursum, intempestiva praescriptione aliqua, siue impediunt, siue interrumpent.
7. Curandum hoc quoq; ne obruantur pueri, aut fatigentur, immodicis Praeceptis, lectionibus, exercitationibus.

APPENDIX.

Codices exceptorios, in quos vocabula simplicia & conjuncta referunt pueri: siue, Ephemerides & Diaria appellare velimus: quoti die, si fieri possit, sua quiq; in Curia Praeceptores inspiciant: Nec quenquam negligentius sese hac in parte gerentem excusatum habeant ne ve quem impunitum dimittant.

DE

DE INFORMANDA ERV
DIENDAq. TERTIA
CVRIA.

DEinceps quomodo in Tertiam Curiam,
ex Quarta, suo tempore, hoc est, cognito
profectu, translatos pueros tractari: quæve iisdem
Institutio conveniat, expediendum.

Non modo enim, quæ antea didicerunt, quæq;
ad hanc Classẽm afferunt, ea in hac, in memoriam
ipsis revocabuntur: Sed etiam, quæ propter captus
infirmitatem in præceptis Etymologia ac Syntaxe-
os, neq; accipere nec intelligere potuerunt, plenius
tradenda erunt.

Ac præter id verborum & nominum, cum
singulorum, quæ separatim considerantur: tum con-
junctorum, hoc est, Orationis ipsius & phrascos us-
beriore copia instruentur.

Sed nos, quo certius & planius Institutionem
qualem hujus Curia esse velimus, exequamur: reti-
nebimus eum, quem antea observavimus admo-
nendi modum: ita ut primum, quæ ad PIETATEM:
Deinde quæ ad MORES: postremo quæ ad
INSTITUTIONEM Tertie Curia at-
tinent, ordinatim tradamus.

PIETAS.

1. **I**ubebuntur pueri, in quorum pectoribus, ista pietatis quasi arbor quaedam adulescere incipit: alere & augere perceptam memoriæq; mandatum in Quarta Classe Catechetica doctrinâ, crebra sacrorum lectione librorum: eiq; opera tribuere recitationem capituli e novo Testamento, partim mane, peractis prius ad Deum precibus suis: partim sub noctem, antequam ad capiendum somnum corpora sua componant.

2. **I**isdem Evangelia Dominicalia, ut vocant, quolibet septiduo integra, cum interpretanda, tum ediscenda proponantur.

3. **H**is addentur Psalmi breviusculi, ad eandem in hujus religiosa cura studio diligentiam confirmandam: quos similiter die Saturni, postquam Evangelia absolverint: memoriter lingua nobis vernacula recitent.

4. **I**nprimis admonendi erunt, de iis, in quibus consumi preces ipsorum matutina & vespertina debeant: non modo sese & studia sua, atq; salutem unâ parentum: sed etiam Ecclesie & Reipublice conservationem prosperam, Deo quam attentissime commendent: penitusq; persuasum habeant: talibus precibus prætermisissis, se grande scelus com-

mittere: Et infelicitatem in studiis universam,
huic uni culpa seu pratermissione tribuendam.

5. Qua de religioso Et modesto incessu ad tem-
plum, Et attentissime peragendis ibidem, qua
fieri debent Et assolent, jam antea praescripta sunt:
ea omnibus pariter Curis communia existima-
ri debent.

M O R E S.

1. **I**nculcandum quotidie iisdem pueris, quorum
jam anni procedunt, ab Institutore hujus
Curia: remotam esse oportere omnem in incessu,
habitu, cultu, gestu, voce denique atque sono, cum
deformitatem, tum rusticitatem.

2. Neque vero satis est, reprehendere qua notanda
in moribus, aut etiam vituperanda sunt: nisi ac-
cesserit simul admonitio crebra, de Decoro puerili:
de quo praclare praecipuntur multa, Et res est co-
gnitione dignissima.

3. Excitandi sunt igitur, in quotidianis vita con-
suetudinibus, ad honestatem Morum, ad fugam
scelerum Et flagitiorum, ad conscientia innocen-
tiam, ad probitatis studium, ad patientiam animi
Et corporis, ad laborum in studiis amorem, ad assidu-
itatem in officio, ad obedientiam parentibus Et Prae-
ceptoribus praestandam, ad simplicitatem candoris,
ad studium concordiae Et quietis, Et cum silentio ut
propria faciant.

4. Proderit ad eventum valium subjectionum demonstrandum, in medium asserre exempla eorum, qui observatione harum praeceptionum, felicissimus à Deo ornati fuerunt successibus, ad spem scilicet similis fortune: Rursus quam graves Deo hominibusq; penas dederint contemptores & irrises salutarium Praeceptorum.

5. Ad ea igitur quae praecipitur & inculcari his pueris volumus, magnoperè opus est tribus potissimum rebus: **JUDICIO Praeceptoris, TRACTATIONE ingeniorum, DILIGENTIA inspectionis.** De quibus singulis separatim annotare aliquid libet.

JUDICIUM PRÆCEPTORIS.

Diligenter videndum, quis cui assideat discipulus, in subselliis scholasticis.

Nonnunquam enim improbi, bonorum conjunctione emendantur.

Nonnunquam consortio improbitatis violatur integritas atq; modestia.

Nonnunquam peregrinantes in nequitia, honestate exempli re vocantur in viam.

Nonnunquam scelestæ alicujus & flagitiosæ naturæ, inexpugnabilis est malitia & prauitas.

Nonnunquam deniq; nulla equidē manifesta de causa, sed occulto tacitoq; naturæ sensu, alter ab altero abhorret.

TRACTATIO INGENIORVM.

Magni refert videre, quo quilibet modo pueri tractandi sint: Felicissima enim sæpè ingenia, in scitia doctum corrumpuntur: quamobrè in tanta naturarum dissimilitudine arte opus est.

Quaedam enim ingenia sua sponte officium faciunt: quod genus, ut optimum, sic rarissimum.

Quaedam remissiora, & modo non abjecta, lassæ extimulata ad officium excitantur.

Quaedam tardiora voluntate magis quam facultate commendantur: Ea igitur moderatione præceptorum paulatim excitatiora redduntur.

Quaedam, si honesta condiscipulorum exempla intueri jubeas, non mediocriter moventur.

Quaedam pudore, qui est justi probri metus, mirifice emendata trahuntur.

Quaedam obiurgatione & increpatione severiore sed paterna tamen, meliora redduntur.

Quaedam etiam ferociora interminatione pœna perterrentur: sibiq; à malitia temperant.

Quaedam venia data erroris, Institutoris comitate & facilitate capiuntur.

Quaedam, quod rarum tamen genus est, patientia præceptorum victa, franguntur.

Quaedam deniq; servilia, castigatione virgarum & verberum reguntur.

Quaedam

Quaedam penitus à studiis abhorrentia & stu-
pida, ad aliud vita Institutum transferenda.

Ad correctiones autem pœnarum cum de-
scendendū & veniendum fuerit : omnibus modis
providendum, ne sit pœna delicto gravior : neve
in puniendō aut modum excedat Præceptor, aut a-
nimum suum expleat, aut affectibus, ut ira, ut os-
dō, ut ceteris item quippiam tribuat.

Deniq; ita hac in parte agendum, ne pueri,
ut Fabius ait, qui nondum per ætatem literas ama-
re norunt : easdem ante tempus odisse incipiant.

Quare paterno affectu, sua, Institutores
quiq;, Curia discipulos complectentur : semper
memores, sequoq; pueros fuisse.

Itaq; nequaquam ad quemvis errorem vir-
gas & verbera ingerent : ac potius comiter, nutri-
cis exemplo, Præceptor inscitiam & infirmitatem
puerilis ætatis ferat.

DILIGENTIA INSPECTIONIS.

A Nequam ordiatur lectiones suas & institu-
tionem Præceptor : providendum eidem & ob-
servandum sedulo & accurate :

Ne imparati pueri à libellis, atro & calamis
lectioni intersint.

Ne necessaria annotatu quibus imprimis co-

gnosendis opus est: prater uolare patientur.

Ne animis absint, & cogitatione uagentur, ac quasi in alienissimis regionibus peregrinentur.

Ne garritu, nugis, risu, oscitantia, aut oculis uagabundis horam doctrinae destinatae transmittant.

Ne aliud agant, hoc est, ne, dum grammaticis docendis occupatur Praeceptor: pueri Ciceronem ediscendum, aut aliquid aliud libri alieni à re presenti, in manibus habeant.

Ne simulatione studii, quasi toti essent in annotandis iis quae dicuntur: ipsi, quod quotidie experimur, pingere, si Diis placet, aut aliud quippiam describere incipiant.

Ne, non requirente id nec postulante gravi & necessaria causa, multo minus non permitte Praeceptore, à lectionibus absint: quando aut propter ignorance corum quae tenenda & recitanda sunt: aut propter nondum absoluta scripta, quae Emendatoribus suo & loco & tempore offerenda sunt: sibi metuentes, effugia & diverticula nullis nixa fultibus comminiscuntur.

Appero

APPENDIX.

OMnium, qua in quinta & quarta Curia de bonis moribus, de assuefactione sedula ad omnem honestatem officii scholastici, prolixè & luculentè exposita sunt: reminiscantur hujus Tertiae pueri, de Institutorem subjectione suorum.

INSTITVTIO.

ITa tandem animo & vita constituti pueri: utiliter admoventi poterunt Institutioni. In qua quidem ordinatim perpendenda tenendaq; sunt ea, qua sequuntur.

1. DELECTVS LECTIIONVM.

QUAE fructuose & commode in hac Curia proponi possint: è tabella separatim de Institutione hujus superius exposita cognoscantur. Congruunt enim huic aetati: Compendium Vorstii è Melanthonis Grammaticis concinnatum: Tum Epistola Ciceronis à Sturmio collecta: itemq; Fabella Aesopica Ioachimi Camerarii: post id propter similem puritatem & castitatem sermonis latini, Dialogi Ludovici Vivis. Ac praeter haec Proverbia Solomonis, & sententiae Syracidae.

2. DOCENDI MODVS.

CUrandum non modo ut ediscere jubeantur, praecipua grammatice pleniora, praeter, sed etiam eadem

eadem ista ut lingua vernacula conversa intelligant: ne Psittaci in morem voces non intellectas recitent.

INTERPRETATIO.

IN Translatione eorum, quae de bonis latinis, bona germanica sunt facienda: curabitur nequam semper verbum ut verbo reddatur, quod abo surdissimum foret: sed ut figura utriusq; sermonis inter interpretandum sibi respondeant: sensus autem & vis in significando ut maneat, conandum: atq; ut breviter dicamus, appendenda in interpretando verba, non annumeranda sunt.

Interpretationem Magistri seu Institutoris, pueri universi & singuli imitatione sua subsequuntur.

DISCVSSIO SIMPLICIVM VOCABVLORVM.

Peracta interpretatione re vocabuntur singula ad disquisitionem, partim Etymologia seu partium orationis atq; attributorum in his: partim Syntaxeos.

EXECVTIO SINGVLORVM SEPARATIM.

AD Etymologiam pertinet, ostendere pueris significata vocabulorum propria atq; nativa:

*riua: Quibus scilicet res quolibet nomine suo ap-
pellantur: ut dolor, luctus, pomus, pyrus: ut qua-
libet sese in contextu obtulerint.*

2. *Post id Translata, in quibus ostendet Institutor:
quomodo à nativa significatione, ad impropriam
vocabulum deflexum sit: ut, num quid patri subo-
let? in Phormione: pro eo quod est, sentitne pater,
rem decompacto, seu composito geri, Admonebi-
tur puer verbum subolere à sensu corporis, seu ab
olfactu, ad animum translatum esse: Idq; fieri,
vel necessitatis causa, cum aliud non suppetit, ut
gemma in vitibus Arboribus: quam necessitatem
genuit inopia, angustiis cōacta: cum quod non ha-
beas, aliunde sumas: ut gemmare vites, luxuriam
esse in herbis, letas segetes, etiam rusticos dicere
Crassus ait, in disputatione tertii libri de Oratore
apud Ciceronem.*

3. *Synonyma, ut litera, epistola: domus, ades:
scribere exarare.*

4. *Etymologumena seu conjugata, que ab uno or-
ta varie commutantur: ut rego, Rex, Regina, Re-
gius, Regalis, Regulus, Regula.*

5. *Relativa: ut dominus, servus: Patronus, cliens:
Præceptor, discipulus: Magistratus, subditi.*

6. *Contraria, que adversa sibi sunt: ut facilis,
difficilis: suavis, insuavis: amicus, inimicus;*

T

7. *Equis*

7. *Æqui pollentia, ut omnis, nemo non.*
9. *Derivativa, sive Patronymicū, ut Pelides, filius Pelei: qui est Achilles. Sive abstractum, ut ab adjectivo honestus abstrahitur substantivum honestas. Denominativum item, ut à lapis lapideus: Diminutivum, ut lapillus à lapide: Verba-
le, ut ab agere actio: atq; ita consequenter.*
9. *Dupliciter terminata: ut acer & acris: Eque-
ster & Equestris.*
- 10 *Plura significantia: ut puer, partim etate puerū, partim ministrum, partim filium denotat. Sic Vo-
cabulum ratio, modo partem meliorem hominis si-
gnificat: qua sapimus, intelligimus, meminimus, judicamus: partim causam rei alicujus: partim modum & viam peragendi.*
11. *Num ea qua pronuntiatione conveniūt sed scri-
ptura aliud significant: ut cadere, & cedere. Vel
Pronuntiatione & accentu differunt; ut cecidi à
Cado: & antepenacutum cecidi à Cado; vel ce-
teroque differunt quantitate: ut malum priore pro-
ducta, pro poma: Et malum pro infortunio, prio-
re brevi. vel orthographia aliud significant, ut
calleo & caleo.*

TRACTATIO CONIUNCTIVORVM SEV
disquisitio Phrasos & locutionis.

1. **C**onjuncta appellamus orationē & Phrasin
scu locutiones: in quibus ostendendum pue-
ro, quomodo

ro, quam multiplex sit constructio vocabuli, cum diverso casu, propter diversa significata: ut convenire alicui, cum dativo, pro decere & aptum esse, seu congruere alicui. Rursus convenire aliquē, cum accusativo, pro compellare & alloqui: Tandem cum ablativo, convenire cum aliquo, quod significat pacisci. Interdum manet idem casus, diversa tamen significatione verbi: propter ea quae uni et eidem casui adiaciuntur: offendere aliquē domi, pro reperire: offendere aliquem in via, pro incidere in aliquem: Et offendere aliquem, simpliciter pro movere alicui stomachum.

HVC PERTINENT.

2. **N**ominis unius cum diversis verbis annotatus usus: ut, Epistolam conscribere, componere, obsignare, resignare, afferre, reddere, accipere, conscindere, mittere.

3. Verbi quoque cum pluribus nominibus usus: ut captare benevolentiam, praedam, auram popularum, famam in vulgus. Sic accipere literas, & accipere vulnus: & excusationem facti & silentii: & beneficium ab aliquo: & hospites ac convivas: & nuncium rei lata.

4. Laprimis simplicis oblati & occurrentis forte verbi composita diligenter pueris demonstranda, non nuda illa quidem, sed singulorum demonstrato

usu in conjunctis seu locutionibus: Exempli gratia
verbi Fero & plura sunt & elegantia composita
cum prepositionibus: qua secundum ordinem ele-
mentorum excutiet Institor: ut Afferre interitum,
Aufferre aliquid secum, Anteferre se alicui. Confer-
re studia, operas, sumptum: Deferre nomen alicu-
jus ad magistratum, Differre causam in aliud tem-
pus: Efferre funus: Inferre injuriam, sic inferre ca-
daver sepulchro: Introferre lectum in Heautonti-
morumeno: Offerre se alicui, & offerre munus:
Perferre injurias alicujus, Proferre in lucem, &
proferre muros, Praferre aliquid alteri, Praterfer-
re funus & minister Pone fert enssem domino suo:
& Referre rem gestam: & Sufferre sumptus.

5. Observationis quoque est verbum diversis casi-
bus junctum, idem tamen retinere significatum: ut
potior cum genitivo, quomodo Caesar, totius Gallia
se se potiri sperant: cum Ablativo, potiri imperio.

6. Archaismi quoque non pratercundi, qui sunt lo-
quendi forme, cognoscende propter antiquitatem,
non imitande propter mutatam consuetudinem: ut
in Andria Terentii, in Prologis scribundis ope-
ram abutitur, pro opera. In Phormione: sanctus
adolescentuli est officium, pro officio.

7. Et Atticisimi notandi similiter, quoties neutris
& eorum vim habentibus, adjungitur accusati-
vus,

vis, aut ejusdem speciei, ut in *Andria*, gaudere gaudium: In *Enucho*, ludere lusum: in *Phormione* seruire servitutem: Aut cognata significationis, ut in *Adelphis*, olere unguenta: aut significationis non aliena, ut apud *Persium* simulare *Curios*, vivere *Bacchanalia*.

8. Ordo in locutionibus quem natura quasi postulat demonstrandus pueris: ut lex primum suadetur, deinde rogatur, tum perfertur, tandem promulgatur, ut copia cuiusvis cognoscendi fiat: Rursus eadem pro re & tempore abrogatur aut antiquatur.

9. Contraria etiam locutiones notande: ut servare fœdera, violare pacta: sic colere studia, negligere literas.

10. Nomina etiam consideranda, quæ in utranq; hoc est bonam & malam partem ab autoribus usurpantur: ut *ventus*, *populus*, *fortuna*: Unde sunt locutiones, uti secundo & adverso vento: Sic uti secunda & adversa fortuna: Et *populo* item uti secunda & adverso.

11. Verba similiter utranq; in partem usurpata: ut bene audire, de quo existimatio & fama præclara est hominum: Et male audire, de eo qui laborat infamia.

12. Synonyma locutiones, ut adificare domum,

exstruere ades; sic favere alicui, & bene velle alicui.

13. Verbum unum, integra locutione periphrastice elatum: ut mori, commutare vitam cum morte, fugi fato suo, excedere e vita, migrare ex hominibus.

SYNTAXIS.

Inde ab inquisitione in cōiuncta de quibus modo egimus, pauca e multis percensentes: diligentius etiam in exigenda legitima consecutione, & emendata structura omnium partium orationis, Institutur versabitur: praesertim cum plenior Syntaxis pueris tertiae Classis proponatur. Itaque peracta omni discussione simplicium & conjunctorum: ad querendam de Syntaxi accedens, interrogabit, cur haec aut illa oratio latina sit: cur hic casus antecedit, ille subsequatur; quem quodque verbum casum & quare asciscat.

Etiam tentabit pueros, querendis nonnunquam iis, quae minimè latina sunt: quo certius peritiam regularum exploret: ut cum rectè dicatur, venio domum, venio domo: adjungat etiam sine rectum venio domi: atque ita pueris errore deceptis, aperiat causam ejusdem erroris, ut in ignoratione erudiantur.

REPETITIO.

Magnoperè hortamur Praeceptores, ut quantum satis est temporis Repetitionibus tribuant: inqui-

inquirendo in ea, qua pueri in discussione & Syntaxi acceperunt: atq; quo certius & citius ad latine loquendum exercitio Styli instruantur: ea percunctando exerceant, qua in exercitationibus quarta Curia, à tertio capite usq; ad finem exposita sunt: Quo diligentius in officio contineantur.

MEMORIA.

Q. De in ediscendis ad verbum quam plurimis quarta Curia pueris subiecimus: ea & inculcari, & communia cupimus esse omnibus classibus: Ita quidem, persuasissimum ut sit, univrsis & singulis discipulis; tum demum certo se tenere aliquid, cum memoria mandaverint, & expedite memoriter recitaverint.

Admoneantur pueri, vel potius penitus infigatur eorum animis, tria esse, qua memoriam augeant & conseruent: Sunt autem temperantia in cibo & potione: quid enim disenti assidua voracitate ventres: quid etiam, qui guttura & fauces perpetuo inundant, proficient unquam? Deinde Cervix & Cerebellum, ubi sedes memoriae est, contra frigora probe munitum. Postremo crebra exercitatio, qua in primis gaudet memoria.

EXERCITATIONES.

Q. Via exercitatio potentissimus modus est discendi: idcirco curandū ut ejusdē studio, fructum

Etum auscultationis pueri ferant; Probantur ergo
hac in parte nobis:

Primum Argumenta proposita simplicissimi
cujuspiam brevissimiq; epistolii: eaq; non longe
petita: sed pro re nata, ex occasionibus sumpta eo-
rum, qua multa & varia quotidie in hominum
vitam & casus incidunt.

Jubeantur pueri, primo hoc conatu pauca
scribere, eaq; emendatè & latinè: ne ipsi semet fa-
tigantes prolixitate, cum tadio absolvant scri-
ptiones.

Proderit hoc quoq; ut ad similitudinem &
imitationem epistolij cuiuspiam Ciceronis scriptū,
aliquod componant: ut in dissimili negotio, similis
tamen sit loquendi ratio.

Juvabunt etiam conatus puerorum ad latine
loquendum & scribendum, conversuncula lati-
na & germanica permutatis vicibus instituta.

Convertent autem in vernaculum sermonē
modo fabellam, modo sententiam aliquam, modo
deniq; epistolam post interpretationem Instituto-
ris: qui hoc pacto certius perspiciet, rectè ne an
perperam, qua interpretatus fuit, pueri intelle-
xerint.

Interdum aliquid eorum, qua nondum In-
stitutor interpretatus fuit: similiter transferent in
germanicum.

Etiam

Etiam de propositis germanicis periculum facient pueri: ad explorandum peritiam latina lingua suam, tum ad edendum specimen profectus sui, cum emendatè scribere tentabunt.

Omnino autem adjuvandi erunt comiter in figuris utriusq; linguae exprimendis: ne aut ingredientem per vestigia vernaculi sermonis latinitaltem comminiscantur: aut verbum de verbo germanice reddentes ex latino, absurdissimi reperiantur. Exempli gratia, in sententia Livii, Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, cum extremi iudicii virum: hic ridiculus puer fuerit, si verba in fine sententia ita efferat scribendo: Der sey ein Mandes letzten Gerichts: cum sententia posceret, der hatt weder Witz noch vorstandt bey sich. Ita fiet ut utriusq; lingua & figura sibi respondeant.

Pleniorem autem compositionis epistolae formam praescribemus postea pueris secundae classis. Hoc autem loco quia primulum Tertiani isti initiis styli admoventur, longiores esse nolumus: cum nulli usui adhuc quidem, prolixior praecipio esse queat.

Interim simul jubebuntur latine loqui: quod etsi initio grave illis accidet: tamen usu facilis reddetur: Ipsi diligentius consignabunt figuras & formas loquendi: Aut consignatas antea, ex
Z *codi-*

codicibus exceptoriis curiosius conquirent: praesertim cum non impune, luros se sciant: secus si fecerint.

Ostendet Institutor puero scholastico latine loquendum esse: quia praecepta sine exercitatione nihil valent: tum quod studiosum bonarum literarum uti decet erudito sermone.

EMENDATIO.

In emendandis puerilibus scriptis, si uspiam, hic certe magna opus est comitate, dexteritate & tolerantia: ne ut quidam assolent, qui sese pueros fuisse jam dudum oblitus sunt, errores puerorum, tricibus oculis, torva fronte, & vultu minante malum exagitant.

Qua importunitate hoc efficitur: ut despondeant animum pueri: & de omni meliore successu desperent: atque infaustum execrentur laborem.

Manifesta tamen Orthographia & Syntaxe os vitia, dissimulari nullo modo debent: nam sic confirmarentur nimium in errore pueri.

Etiam ingredientem, ut paulo ante diximus, per vernaculi sermonis vestigia latinitatem, removebit à pueris Emendator: & quomodo proprie, perspicue et diserte hoc aut illud si ve latine si ve germanice enunciari potuerit, aut debuerit, monstrabit.

Ad reliqua, quae mediocriter tolerari queunt, conueniet: nonnunquam studio pueri collaudato:
ut ille

ut ille in officio *Et* labore scribendi contineatur.

Omni ratione curandum, ne à grandioribus discipulis emendata scripta, *Institutori*, hujus curia pueri, denuo emendanda offerant. Quid enim commodi inde auferre queat puer, vel quid potius non incommodi? cum neq; *Emendator* quantum *usu* præceptionis *Et* regularum processerit puer intelligat: neq; pueri errorum à grandioribus admo- neantur: uterq; vero hoc est *Et* *Emendator*, *Et* puer, miserè decipiantur, *Et* sibi met ipsis egregie imponant. Vt ne addam grandiores ipsos, emendan- dis minorum scriptis, sæpe turpiter allucinari.

*In*primis autem publice emendabuntur scri- pta, si quoquomodo fieri potest; quia ex aliorum er- rore, suum corrigere, præclarum est: Deinde ne- gligentiores qui sunt, ad majorem diligentiam ex- citantur. Tum unus quisq; æquiore fert animo ali- um, si erraverit, exagitari quam se ipsum. Postre- mo nemo quantum profecerit scire potest, nisi pu- blicum extet testimonium.

Jubeantur pueri, mendarum quas sustulerit *emendator*, diligenter meminisse ne: in eadem erra- ta denuò incidant.

Atq; hæc utiliter *Et* fructuose, in *Tertia* Cu- ria *Instituenda*, servari *Et* posse *Et* debere judi- canda.

CVRIA SECVNDA.

VEniamus nunc' ad Curiam secundam, qua plus requirit laboris & opera: quippe qua prima illi & summa est proxima: ejuſq; continet ſive plantaria, ſive ſeminaria. Itaq; ſolidiora ibi omnia egreſſis e' Tertia traduntur: & ſuper firma ſatis fundamenta jaſta ea extruuntur, qua ad perpetuitatem durent. Nam & Elementis graeca hi pueri lingua admoventur: & rationem ſcribendorum carminum addiſcunt: & partem Grammaticam omnibus ſuis partibus expletam & cumulataſ abſoluunt: & Ciceronis Epſtolas, ut vulgo vocant, Familiares, tum Terentii Comedias & Virgilii Bucolica, ſimulq; aliquid graecorum ſcriptorum praelegi audiunt: atq; ut breuiter dicam, robur in hac Curia tandem aliquando diſcipuli facere incipiunt: in primis quidem ii, qui ſuperioris ordinis ſunt. Sed reuocemus, ut haecenus in inferioribus factum fuit Curiaſ, praceptionem uniuerſam, ad PIETATEM, ad MORES, ad INSTITVTIONEM.

PIETAS RELIGIOSA.

PRima igitur Cura Pietatis erit: rei unius omnium erga Praepotentem Deum Trinum & Vnum

Vnum, sanctissima, maxima & preciosissima: qua quidem remota, non modo Pradicabile, aut Comendabile in hominum vita nihil relinquitur: sed etiam ea qua dicitur Vita, Mors est.

Itaq; prater Catecheticam doctrinam, quam secum hi pueri è tertia Curia afferunt: imbuentur scriptis: qua precipuas materias, & locos Religionis Orthodoxa complectuntur. Quo in genere Neandri libellus nobis probatur.

Prudentii quoq; selecti Hymni, in nostro ludo retenti: & ad explicandum instituti: utiliter hisce proponentur: unà cum iis hymnis, qui libellis Psalmorum ad juncti sunt: quiq; cateroquin in Ecclesia decantantur.

In primis de interpretatione diligenti Institutorum exactissime & cognita habeant & memoriter recitare norint, SYMBOLA DVO: Vnum quidem à SYNODO NICENA, NICENVM appellatum: Alterum vero DIVI ATHANASII, vulgo ATHANASIANVM dictum.

Concionum quas diebus, quibus Christiani conventus habentur, in templo audiunt, capita & doctrinas precipuas, domestico studio, scripto comprehensas, postridie Institutorebus offerent. Ita & attentius audient docentem de suggesto: & plus in doctrina salutifera Religionis proficient.

OPINIONVM VERITAS.

Affuefcant veras de rebus habere opiniones: ut
tales quasq; existimant, quales ipse sunt: neq;
vulgi, multicipitis bestia, & magni erroris Mi-
gistri fraudibus ducantur.

Prodest autem instrui etatem istam in corru-
ptis sententiis: quia assuefactio ista in adolescentia
facilior accidit: tum ad iudicandum de vero &
necessario delectu rerum mirabiliter conducit.
Præterea qua hoc pacto, id est mature percipiuntur
in reliquam vitam ad perpetuitatem durant: qua
res, ad veram, græco verbo appellatam Caloca-
gathiam, seu Honesti & boni studium, maximum
adjuumentum est: præditum scilicet esse sincera no-
titia de rerum existimationibus: ea uti bona pte-
mus, qua re ipsa sunt talia. Numerantur autem in
rebus maxime expetendis Pietas, Virtus, Eruditio,
Sapientia, Honestum: Contra, mala, qua vere sunt
mala, ut superioribus aduersa, Impietas, Vitium,
Imperitia, Stultitia, Turpe. Huc pertinet ne mala
preferamus bonis: ne tenuibus rebus quasi magnis
capiamur. Ne preciosa tanquam vilia despiciamus, ne
vituperemus laudanda, ne ve laudemus vituperanda.

MORES PROBATI.

Cum sint, ut ferme in omnibus accidit Curtis,
Secundani in tres digesti Ordines: quorum u-
nus est Superiorum, qui jam annos aliquot in hac Cla-
sse desudantes, quotidie ad Primam et supremam illam

aspirant: Alter Mediorū, qui superiorib⁹ illis, quos
diximus, interjecto tēpore succedunt: Tertius & Po-
stremus illorum qui recens in Secundā Curiā tra-
ducti sunt: Par est universos & singulos intelligere
quo pacto in omni vita & morib⁹, constituti esse de-
beant. Inprimis tamen Institutores impulsu & hor-
tatione sua instabunt superiorib⁹: ut obedientia &
parendi studio, quo propius absunt à prima classe,
optimā erga sese Praeceptorū voluntatē augeāt: &
quo annis sunt auctiores, omnib⁹ modis laborandū
sibi esse intelligant: benevolentiam Institutōrū uti
conseruet incorruptā: atq; hoc suo exēplo cōmito-
nes cōteros, ad summā Observatiōe & parendi curā
sedulitatēq; in discendo excitēt: ne ve ulla sua cōtu-
macia, impudentia & negligentia, animos eorū à
se se alienent: quorū fide & labore sibi in proseguēdo
urgendoq; cursu literarū, unicè opus esse sentiant.

Creberrimè autem inculcentur Secundanis istis,
versus Fabriciani:

Deniq; nil facias, quo ladi fida Magistri

Mens queat: aut culpa tardior esse tua.

Intelligāt iidē, sibi non frustra, nec audiendi tantū
causa proponi libellos de Civilitate Morū: itēq; pra-
cepta honesta vita Isocratis, & ceterorū Graecorū:
sed ut tales evadant, quales Libelli isti requirunt.

Per suasū habeāt, in omni animi cura et cogitati-
one propositū sibi esse studium, respectum, atq; curā

Decori oportere quod in his potissimum adolescentulis elucere debet: sive secum agant quid: sive cum aliis sint.

APPENDIX.

Quæ Inſtitutoribus Tertiæ Clafſis, ſupra poſt expoſitos mores, quos in illius pueris requirebamus, præſcripta ſunt tria potiffimum capita: de adhibendo JUDICIO in conjungendis ſcholarum diſcipulis: tum de TRACTATIONE puerorum dextra & commoda: Poſtremo de OBSERVANDIS iifdem, quo ſe pacto gererent in auſcultando & attendendo: ea igitur optamus & cupimus multo diligentius exerceri in hac ſecunda Clafſe: quo capaciſſima illa ætas doctrinæ eſt: & ſtudio majore Inſtitutorum indiget: & ſpes quoque major de iifdem jam pridem animo noſtro præcipitur: fore quales maxime expeſtimus: & quia denique ut antea diximus, propius à prima Clafſe abſunt.

INSTITVTIO.

Quoniam omnium eruditorum judicio, & longo temporum uſu, in bene conſtitutis ſcholarum, introductæ ſunt veterum utriuſque linguarum Autorum interpretationes, ad eximia incrementa procuranda diſcipulorum: Idcirco nos quoque adoleſcentulos hujus Curie, ad pleniorum conſpectum literarum

literarum productos, jamq; eruditis scriptorum
veterum explicationibus admotos: exquisito do-
cendi tradendiq; genere accuratissimè instrui cupi-
mus: quemadmodum quidem de peritia & fide, do-
ctissimorum hominum, qui huic Curia prefecti
sunt, duorum, nequaquam dubitamus.

Sed quia & Amplissimus Senatus & officii
nostri ratio à nobis postulat: modum docendi, in
hac quoq; Curia, quiutiliter teneretur, ut prescri-
bamus: pergamus sane ut capimus, in bona spe, si
rationes à nobis expositas Instructores sequi volue-
rint: cum maximo discipulorum emolumento id
futurum. Et quoniam, ut initio Curia hujus per-
scripsimus: Ciceronis, Terentii, Virgilii & Iso-
cratis scripta iisdem proponantur: idq; proximè
quidem & secundum Grammaticæ Græcæ Ele-
menta: Latina autem integram Etymologiam,
Syntaxin & Prosodiam: revocabimus præceptio-
nem tradendi singula nostram, ad ordine ex posi-
tas Secunda Curia lectiones.

LINGVA GRÆCA.

Vtinam ad communicandum, in tradendis
Græcis considerationes nostras, Chalcogra-
pho nostro suppetuissent Typi Græci: quos quidem
etiam in prioribus chartis desideravimus: idq; eo

Aa

majorè

majore cum molestia, quod una saepe Græca vox,
 est instar multarum interpretationum, verbose &
 fusè quippiam enarrantium. Omnia certè & syn-
 cerius, & commodius, & fusius deniq̃, qua te-
 nenda in hoc genere judicaremus, intelligi potui-
 ssent: cum ad elementa græcæ linguæ tradenda, tum
 ad interpretanda veterum scripta græca, & eno-
 danda eadem, atq̃, exemplis, quæ præceptis lucem
 admovent, illustranda. Sed quia facultatem
 hanc omnem, Græcorum nobis inopia Typorum e-
 ripit: exponemus nihil tamen minus latine, quid
 rectè & utiliter fieri oportere censeamus: in omni
 tam latina quam græcæ explicationis forma. Quo-
 modo autem, id ipsum quod fieri oportet, exerceri
 & absolvi debeat: hoc est modos & vias exequen-
 di præscripta: itemq̃, præceptionum exempla: ea
 omnia cognoscere volentibus, suppetent e tabulis
 græcæ linguæ nostris, ante sedecim annos in Ger-
 mania à nobis editis; Ad quarum Commentarios
 remitemus sive Institutores, sive discipulos: ut
 cumulate satisfaciamus officio nostro.

INTRODUCTIO AD GRÆ-
 cam Linguam.

Paulo ante diximus, secundæ Classis pueros, in
 tres distingui ordines: quorum unus est Superi-
 orū: qui quotidie ad primā Curiam aspirant. Al-
 ter Mediorū: qui superioribus interjecto tempore
 succedunt,

succedant. Postremus Recentium illorum qui modo in Secundam Curiã translati sunt. Atq; hi quidem penitus ignari Græcarum literarum, deditur primum omnium ad degustandum Græcã, introductiuncula quam brevissima: è qua & literas græcorum, tum earundem pronunciationem elegantem ac sonoram, deniq; figuras majusculas & minusculas, & quid qualibet collata ad latinas literas valeant, addiscant.

In quam rem præterito superioris anni autumno, necessariã & utilem operam dedit, doctissimus Vir Thomas Hildendorpius, Corrector Scholæ: ut ea quæ modo enumeravimus, accommodatissima, ad puerilem intelligentiam, præparatione quadam complecteretur: ad eamq; tradendam, quadrantem horæ ordinaria, antemeridiana nonæ, postremum sumeret. Itaq; hæc elementa omnino in nostro ludo retineri, atq; si opus fuerit, etiam augeri volumus.

ORTHOGRAFIA.

Consumitur vcrò ista præceptio (ut ejus tantũ summam perstringamus) in iis quæ sequuntur: sunt autem.

LECTIO GRÆCA.

Iubentur enim simulatq; notitiã & recitationẽ Græcarũ literarũ sibi pueri comparaverint: Capita Pietatis Christiã græcè pronũciare, græcorũq;

una lectionem Evangeliorum peragere: eo consilio
ut ad oris & vocis sonum elegantem assuescant pu-
eri: atq; ab omni deformitate & vitio, qua mul-
ta & varia inter pronunciandum incidunt, vin-
dicentur.

SCRIPTIO GRÆCA.

Precepta etiam perscribendi & exarandi Gra-
ca, in ea quam memora vimus introductiun-
cula, comprehensa docentur pueri. In quo conatu,
capita Catechetica, & Evangelia Græca descri-
bentes; non modo literas probe pingere, sed etiam
quacumq; scribunt emendatè exarare discant, de
emendatione hujus Institutoris sui, cui corrigenda
scriptiones offeruntur.

APPENDIX.

Qua ad precepta Orthographia, tum ad par-
titiones, ad subdivisiones, ad transforma-
tiones inter sese literarum, itemq; ad venustatem
scriptura, fugiendaq; in exarando, vitia perti-
nent: Ea quantum initia hujus institutionis po-
stulant, è tabulis Orthographia nostris assumi po-
terunt; multa etiam ex iis utiliter & necessario
huc referentur; quæ in quinta Classis pueris rectè
formandis præcepimus.

PRO-

PROSODIA.

Proximus his locus est Prosodia: qua in saepius nominata introductiuncula tantum ad pronuntiandum & legendum accommodatur: non ad scribendum versus. Itaq; perstringuntur breviter species Prosodia quatuor; e quibus prima est Tonorum, qui sunt modulationes vocum: altera, temporum: qua sunt spacia seu mora pronuntiandi: tertia spirituum, qui sunt nota crassioris & exilioris soni: quarta Passionum, qua sunt nota aut intelligentiam instruentes, ut Apostrophus: aut sensum distinguentes, aut indicantes deniq; consentaneam pronuntiationem, ut subdistinctio, itemq; subunio.

ETIMOLOGIA.

HIS elementis informati pueri, adducuntur paulatim, ad partes Orationis Graeca, imprimis tres, Articulorum Nominum & Verborum: Quorum omnium flexus exactè & prompè perdiscunt: idq; tandiu, donec ad finem perductus Metzleri Grammaticus libellus Graecus, qui ceteroqui Secunda Curia proponitur, ab initio inchoetur: ut plenius omnino, in uniuersis orationis Graeca partibus, pares cum reliquis commilitonibus suis progressus faciant.

Ad confirmandā autem peritiā flexus Nominum & Verborum, magnoperē prodest, proposita ab Institutore utriusq; partis exempla calamo exequi: quæ postea Institutor sibi reddita corrigat.

Rationis bonæ etiam hoc est, quo expeditiores evadant pueri: exempla proponere modo Nominū, partim unius, partim plurium: sive disparatorū: sive conjunctorum ut adjectivi & substantivi: modo verò Verborum, unius aut duorum: modò deniq; integra locutionis, sed tum potissimum, cum interpretationibus græcis admoti fuerint. Jubeat hæc igitur ita calamo exequi Institutor: ut latina singulis græcis subiiciant:

Hoc pacto certius observatam à pueris cum elegantiam in pingendis literis explorabit: tum observatam quoq; Orthographiam perspiciet.

Atq; tum demū quæ ita inflexa atq; in cartas conjuncta obtulere, memoriter recitari curet.

Jubebit idem, si singula singulis exempla proposuerit: permutare flexus, cum in exarando, tum pronuntiando & recitando.

A partibus declinabilibus, transitus tandem fiet ad reliquas Indeclinabiles.

Exempla autem declinandi conjugandiq; suppetent ex Evangeliiis græcis, ex præceptis Isocraticis, tū aliis scriptis quæ subinde cū Isocrate cōjungētur.

GRÆ.

GRÆCORVM EXPLICATIO

Scriptorum.

Assumentur non modo ad certiore[m] partium orationis singularum notitiam, sed etiam ad ipsius græcæ linguæ peritiã paulatim conciliandã Primũ sententiola solutæ & ligatæ orationis: tum dicta septem sapientum, ut à leuioribus initiis progressio ad maiora fiat: Postea enim addi possunt Iocratius præcepta, Pythagoræ carmina, Phocylidis versus, Fabellæ Æsopica breviores; quorum omnium cognitione ad decus & honestatem ac probitatẽ morum instrui queunt pueri, in hac incun-
tis ætatis inscitia, & prono maximeq; lubrico ad peccandum lapsu. Post id maioribus & solidioribus admovebuntur. Neq; enim sua facultate, sed discipulorum utilitate metiri Institutores ea, quæ huic ætati proponenda sunt, oportet. Rerum enim natura, ut sapienter Rodolphus Agricola scribit, sic se se habet: suis cuncta ut colligenda gradibus sint: atq; ab infimis, per media, summa sequentem vestigia: neq; præpropere festinantem, magna quandoq; felicitate, pariq; securitate pervenire liceat.

INTERPRETATIO.

Primũ omnium in Græcis convertendis, Institutor, vicinã quandã, & quã minime longe abdu-
ctam,

Etiam, nec ad ostentationem, aut difficultatis, aut ingenii sui, compositam interpretationem meditetur.

Deinde ordinem naturalem verborum, quantum quoquomodo figura sermonis Graeci patitur retineat: ut ista observata facilitate, pueri eo libentius *Et* auscultent *Et* discant.

Tum quantum utriusque lingua proprietates admittit verbum de verbo exprimere studeat: memor se adolescentulos docere: tantum abest, ut integra incisa, aut membra, arripere *Et* transferre properet.

Incidit autem, ut integrum seu membrum seu incisum: nequaquam ad verbum, sed integra phrasim latina reddendum sit. Quod quale sit, *Et* quomodo praestandum; de nonagesima sexta tabula, qua incidit in locos Grammatica Exegetica, in Commentariis nostris, perspicui potest.

Hoc ita peracto, singuli pueri interpretationem subsequantur Institutoris sui: Vicia autem in recitando textu, *Et* pronanciandis, cum literis, tum syllabis *Et* dictionibus, accuratè *Et* studiose emendabuntur.

DISCVSSIO GRÆCARVM VO-
cum simplicium.

Inter.

Interpretationi mox adiungatur vocum simpli-
 cium diligens & accurata enodatio. Quae com-
 plectitur in primis declarationem singulorum Vo-
 cabulorum, secundū propriam significationem &
 diuersam seu uariam. Secundo explicationem ue-
 ri usus vocum in oratione soluta & ligata. Ter-
 tio studium comparandi copiam quandam selecto-
 rum verborum, quibus ad dicendi & scribendi fa-
 cultatē opus est. Quarto curam discernendi poëti-
 ca vocabula à solutis: ut, κήρυξ præco, soluta ora-
 tionis uox est. Βσιίπνος apud Nazianzenum, &
 ἀσυσβότης apud Homerū ligata. δῖνος αἰῆς ebrius,
 libera orationis uocabulum est, δῖνο βασιῶν
 numeris astricta. Quinto expositionem figurarum
 dictionis, ut τῆνομα pro τὸ ὄνομα nomen. θεοδῆς,
 pro θεοιδῆς diuinus. τῆπος. pro τὸ ἔπος uer-
 bum: quae figura syneresis latine contractio ap-
 pellatur. Item καββαλε deiecit pro κατέβαλε per
 ἀπίσοιχον siue literarum permutationem. Item.
 δῶ pro δῶμα domus. Hom: ἐνι pro ἐνεις. εοῖ
 δ' ἐνι πῶ μορφῇ ἐπίων, ἐνι δὲ φρίεις ἰδραῖ.
 Tibi uero inest species Verborum. h. e. eloquentia: in-
 est etiam mens bona, seu prudentia per apocopen.
 ἀνείσαν pro ἀνείσαν surrexerunt per syncopen. Sex-
 to toni seu accentus rationē in unaquaq; dictione

continet, quæ partim regulis, partim usu & obser-
 uatione constat. Septimio dialectorum varietatem
 ἡ δᾶλασσα mare, communis lingua, ἡ δᾶλαττα At-
 tice proprietas est. σινμοφορᾶ calamitas, communi
 lingua, εὐμοφορᾶ Attica dialecto. ἡ δᾶδς dulcis
 lingua communi, ἡ δᾶδύς Dorica effertur: ἡ δᾶμοιοῦς
 similis communi, ἡ δᾶμοιοῦς Aeolica notatur. μαθεῖν
 discere communiter, μαθῶ Aeolicè profertur.

DE CONIUNCTIS ET PHRASIBVS.

Simplicium vocum interpretationem sequitur
 coniunctorum phrasumq; expositio euidens &
 perspicua. Non enim temerè coniungendæ sunt vo-
 ces, neq; quæuis usurpandæ, sed artificium uerbis
 & phrasibus omnis nostra contexenda Oratio.
 Quo quidem in genere poëtica accuratè seruan-
 da sunt ab Oratorijs, cauendumq; ne promiscuè
 his utamur. πόλεμον πολεμεῖν bellum gerere,
 phrasis soluta orationis est: πόλεμον πολεμί-
 ξειν ἢ δὲ μάχεσθαι, vel ἄριστος ἔργα δια-
 κειν poëtica ἐμπόρειν πολεμον inferre bellū,
 phrasis soluta est: ἰσάναι φιλοπιδά πολ-
 εῖκος πολέμου οἰο ἀstricta muneris. διαμάχ-
 εσθαι pugnare, soluta phrasis est. πορεύεσθαι κατὰ
 κρητέραν ἢ οὐκ ἰνῶ poëtica.

RE.

REPETENDI MODVS

Qui ordo in tradenda doctrina, explicandisq; artibus, aut bonorum autorum scriptis seruetur, idem etiam in repetendo teneatur: ut in primis interpretatio exigatur, tum uoces praeipuae, quarum uis aliqua & usus est, inculcentur. Tertio sententiae & phrasae insigniores annotentur, & in locos tanquam in classes referantur, unde tanquam ex penu depromi, quoties scriptum aliquod componendum est, copia uerborum & sententiarum possit. Huic cura & exercitationi tantum temporis impertiendum est, quantum utilitatis quae inde capitur, magnitudo postulat. Infrugifera enim omnis est lectio, nisi aliquid certi auferatur, quod uel in memoria thesaurum reponatur, uel locos communes ascribatur.

DE THESAURO RERVM, memoria.

Certum est tantum unūquemq; didicisse, aut profecisse, quantum memoria tenet & proferre, quoties res postulat, potest. Diligenter itaq; ea exercenda est, nec ulla dies relinquenda, qua non aliquid memoria tradatur. Tria autem sunt potissimū

qua memoriam non solum excitant, sed etiam au-
gent & firmant Primum labor & diligentia. Cate-
ra enim ferè minuuntur usu assiduo: hæc vero quo
magis intenditur & excolitur, eò fit melior. Dent
igitur operam præceptores, ut ex singulis lectioni-
bus excerpant, quæ discipulos ediscere velint, eaq;
ab iisdem etiam exigant. Discipuli vero usu fre-
quenti ediscendi, repetèdi, & reddendi ea, quæ didi-
cerunt, sese exerceant, tantumq; consecutos se esse
sciant, quantum vel pronunciare memoriter, vel
promere ex tabulis siue locis ad eum usum compa-
ratis, sciunt.

PRONUNCIANDI RATIO.

HÆc vero ut clara, perspicua, & diserta sit,
cura magna esse debet. Si quod enim decus est, quod
ornat doctum hominem, sermo decorus est, apteq;
enunciatus. Quocirca ut in recitatione quacunq;
conueniens corporis motus, gestus, vultus, ac con-
formatio vocis adhibeatur, opera danda est.

EXERCITATIONVM VSVS.

EDucandi sunt in hac decuria discipuli ex an-
gustis, quasi in liberio rem campum, nec solum ar-
gumenta illis dictanda sunt, quæ è germanico in-
lati-

latinum vertant, sed è latino etiam in germanicū,
narrationem, aut locum aliquem in autore quopi-
am transferant. Nec his contenti ad graeca etiam
vertenda animum adiciant. Quod duplici modo
fieri debet: uno quidem, ut hypothesein aliquam ex
lectione quotidiana decerptam, praeceptor suppe-
ditet, eamq; graecis verbis ac phrasibus eius auto-
ris, unde sumta est, interpretari iubeat. Altero,
ut locus quicumq; è graeco autore, qui in manibus
est, in latinum transfundatur.

Eadem cura in scribendo carmine adhibenda
est, ut varietate quadam iucunda discentiū inge-
nia excitentur, & facultas utriusq; orationis libe-
ra & numeris adstricta comparetur.

Inter hypotheses huiusmodi numero etiam gno-
mas & chrias, item methodicas explicationes se-
cundum usitatas quaestiones, quae in dialectica
exponuntur. Etsi enim in hac decuria perfici haec
exercitationis genera non possunt: incitari tamen
oportet, & informari, ut in sequenti magis perpo-
liri queant.

Nulla autem exercitationis pars penè fructuo-
sior est, quam quotidiana latine loquendi consue-
tudo. Hac enim quamvis initio non omni ex parte
expedita sit: tamen usu diuturno facultatem lo-

quendi gignit & auget. Non igitur committendum,
ut inter se, aut cum praeceptoribus loquentes disci-
puli alio idiomate quam latino, animi sui sensa ex-
primant, atq; in hac exercitatione metu animad-
uersionis contineantur.

CVIUSMODI EMENDATIONIS

GENERE VTI IN HAC SECUNDA

decuria conveniat

Requirit emendator in hac decuria non solū
sermonem grammaticum, hoc est emen datū, pro-
prium, & perspicuū ad regulas Orthographia, ety-
mologia, Syntaxis, & prosodia conformatum, ve-
rum etiam, elegantem, & ad consuetudinem, exem-
plaq; eorum, qui purè politeq; scripserunt, accom-
modatum. Phrases autem requirit potissimum ex
lectionibus eorum autorum, qui praele guntur. Nec
interim respuat alias, quae bonae notae sunt, & usū
receptae. Tum ad collationem etiam verborum con-
cinnam, & compositionem aptam sibi commissos
discipulos hortabitur. Ad haec ut distincta eorū sit
oratio commatis, colis, & periodis elaboret ac ni-
tatur.

*Vira autem ratio corrigendi utilior sit, publica
an privata, in eo variari inter doctos videtur.*

Sed

Sed preferenda est in hac decuria potissimum ea forma, ut separatim uniuscuiusq; scriptum inspiciat, iudicet, & corrigat praeceptor, suaq; manu errata ascribat. Ita enim commata, cola & singulos penè apices rectius introspiciet, manumq; suam temperpetuam post se relinquet. Operosum est hoc quidem, sed quia exercitationis praecipua & optima pars est, utilitatis magnitudine molestiam omnem compensat.

DECURIA PRIMA

EXcipit haec classis adolescentes grammaticae, & dialecticae doctrina liberaliter institutos, atq; aliquo iam usu latini & graeci sermonis instructos. Tum religionis verae & morum cultu quasi quodam pietatis & humanitatis cibo imbutos. His igitur initiis positis, contendere rectis studiis ad maiora debent. Quo deo facient firmiore animo, si viam prospexerint, qua progredi absq; salebris queant. Nihil enim posunt studia perveniendi aliquò, nisi illud, quod eò intendas, ferat deducatq; cognòris. Erunt igitur huius classis adolescentibus proposita media eadem, quae & superiorum classium fuerunt, sed altiora aliquanto, propiusq; ad finem studiorum, solidioremq; eruditionem adducentia.

Præ-

Primum est celestis doctrina cognitio, qua fundamentum omnis salutaris scientiæ atq; sapientiæ iure omni habetur. Imbuti igitur iam catechesi, Symbolis, & psalmis quibusdam huius decuriæ discipuli, uberiorem theologiæ scientiam è fontibus Bibliicis hauriant, & singulis diebus caput unum, matutino tempore, legant latine, vesperti vero germanicè. Et quantum conitari animo possunt, tantum faciant, ut summam capituli comprehendant, & præcipua quadam membra excerpant, memoriæq; mandent.

Psalmos præceptorum iudicio selectos ediscant, & quotidie recitent, ut & Deo laudem debitam tribuant, eiq; salutem Ecclesiæ & reip. commendent, & seipos etiam erudiant, & ad cultum veræ religionis exerceant.

Novi vero testamenti conciones græcè diebus dominicis, & alijs, quibuscunq; à cæteris studiis vacabit, cognoscant. Ad quam quidem lectionem nõ absq; fructu magno commentarium seu hypomnemata Victorini Strigelij adiungent: unde & argumenta singulorum capitum, & membra cum Grammaticæ & Dialecticæ mediocri evolutione percipient.

Post Biblia utilisissimus est Melanchtonis liber

ber locorum communium, vel si magis fortè placet, compendium Heerbrandi. In utroq, enim & methodo perspicua, & orationis genere puro partes Christianæ religionis exponuntur atq, declarantur: tum ad iudicandum controversias, & ad disputandum de dogmatibus Ecclesiæ utiliter lectores instruuntur.

Adi his non incommodè poterunt orationes aliqua selecta Basili, & Nazianzeni, vel Chrysostomi separatim ad hunc scholasticum usum, cum interpretatione edita. Inde enim quæ Ecclesiæ veris doctrina fuerit, intelligi potest.

Concionum vero publicarum imprimis attentos sedulosq, auditores se se præbeant, ex quibus praxin quandam totius doctrinæ Biblicæ discant, & artificium simul rectè tradendi religiosa dogmata cum ipsa religionis doctrina comprehendant. Quis quidem in genere opera præcium est, vel calamo statim inter ausculiandum partes, singularumq, partium membra, argumenta, testimonia, & ornamenta excipere: vel post concionem memoria repetere & charta mandare.

DE MORVM CONFORMA- TIONE

Necessaria est, et omnibus ætatibus comprobata

musarū & Charitum dulcis illa & eraria ac copu-
latio. Tritum enim iam est sermone & celebratū
studia in mores abire. Et mores doctrina literarū
& artium conformari omnes existimāt. Quocirca
meminerint huius classis discipuli, quō superiores
sunt loco & eruditione, eō ut modestius sese gerant.
ne cesse esse. Sunt autem virtutes, quibus studere
debent, pietas erga Deum, parentes, preceptores, &
alios quoscunq; bene merentes, aut honoribus per-
fungentes. Quibus omnibus debitum amorem, ho-
norem, & officium tribuant. Proxima huic virtu-
ti est gratitudo, quæ benemeritis gratiam pro bene-
ficio & benevolentia cum quadam reverentia, &
subiectione reddit. Nihil vero est quod tam com-
mendet doctrina literarum studiis deditos, quam
modestia, quæ una omnes animi, & corporis motus
ita gubernat, ut grati sint bonis omnibus. Cura igitur
sit huius decuria sectatoribus, ut effigiem quan-
dam, vel simulachra aliqua harum virtutum ex-
hibeant: levitatem vero, impudentiam, arrogantiam,
vanitatem, ambitionem, obscenitatem in ser-
mone, & moribus à se removeant: ne ordini suo
sancto dedecori sint, & malè audire professio lite-
rarum incipiat.

Quemadmodum cura Grammatica methodi-
 ca ad precedentes classes potissimum pertinet: ita
 ad hanc supremam spectat altera Grammatica pars,
 quam *ισεξις* Fabius vocat, *ἔργων* alii no-
 minant. Incidit enim in hanc classem autorum
 enarratio, tam latinorum quā Græcorum, ex qui-
 bus scientia literarum, & dicendi scribendiq; sa-
 cultas petenda est. Qui autem autores, vel publice
 enarrandi, vel secreto studio evolvendi int. mone-
 bunt preceptores. Certe in primis sudent eruditi,
 non multa, sed multum esse legendum. Quod hunc
 habet sensum, non temere aut pormiscue legendos
 esse quosvis autores, sed opt. mos tantum. In his eni
 precipuas curas suas defigere discentes debent. Re-
 liquos gustare licet, imitari non decet. Quales autē,
 vel cuiusmodi hi sint, ostendunt libri Rhetorici,
 qui extant. Cicero quidem tanquam artifex iure
 omnibus aliis antefertur. Hujus igitur scripta selecta
 cognosci oportet, cum eorū conjungendi Isocratis
 oratio una aut altera, Demostenis Olympiaca, &
 Plutarchi libellus *περὶ πάσης ἀρωγῆς* Ierētius,
 Virgilius, Cæsar, Salustius, Ovidius, Theognis, He-
 siodus, Homerus, et si quos alios preceptores deleger-
 rint: item Philippi Melancthonis orationes, quæ
 extant.

MODVS LEGENDI ET RE-
soluendi scripta bonorum autorum.

Duplex est cura retexendi scripta disertorū au-
torum, una rerum, altera verborum. Tot enim sunt
capita, ad quæ omnis lectio referenda est. Rerū ana-
lysis tria complectitur, principalem propositionem,
præcipua membra, argumenta quæ, & sententias me-
morabiles. Primum enim summa animo colligenda
est eius partis, quam vel legimus ipsi, vel alius ñer-
pretamur. Deinde quibus membris illa constet cõ-
siderandum, tum quibus argumentis confirmetur,
aut infirmetur, dispiciendū. Tertia cura esse debet,
ut sententia quæcunq; memorabiles excerpantur,
& memoria mandentur, vel in charta notentur.
Orationis verò seu verborum ἀνάλυσις requirit
periodorum, vocum & phrasium resolutionem si-
ve explicationem. Primum igitur ratio habeatur
periodorum, colorum, & commatum. Quæ cura
ad imitationem pertinet, ut discamus distinctè sensa
animi nostri esse. Secundo vocabulorum præci-
puorum significationes, pondera, synonyma & usus
declaretur. Tum phrasium vis & usus rectus in-
scribendo & loquendo investigetur, singulaq; in
locos communes, ad eum usum paratos, tanquam

in classes referantur: unde depromi, quoties aliquid dicendum aut scribendum est, copia rerum, sententiarum, verborum, & phrasum, quasi ex quodam penu, queat.

INSTITIO STUDII DIA-

lectices

Dialectica Philippi Melanchthonis libellus duo continet maximè insignia ornamenta, & emolumenta. Primū enim selectissima præcepta habet, quæ succum artium, semotis omnibus otiosis subtilitatibus tradunt. Secundo exempla adiungit ad illustrandas regulas perspicua, & ex visceribus disciplinarum sumta. Hac simul cum artis præceptionibus philosophia, theologia, & reliquarū disciplinarum elementa, & quasi quedam fundamenta monstrant, unde definitiones, & formæ argumentorum in quacunq; professione petuntur. Itaq; diligentia præcipua liber iste discipulis huius decuria inculcandus est. Omnis autem doctrina Dialecticæ ad eum finem referenda est, ut iudicium de scriptis aliorū conformetur, quod ita fiet, si primum quaestio sine propositio summam scripti complectens excerpatur, deinde membra, singulorūq; membrorū argumenta monstrantur, & tam ad syllogismi leges, quam ad inventionis locos exigantur: tum

definitionem ac divisionem, causas, effectus, singula explicentur. Hoc qui in aliorum scriptis observaverit, facile etiam alterum finem huius artis assequetur, ut & ipse scribat ordine, & rectius animi sui sensa efferat.

CONFIRMATIO STUDII

Rhetorica.

Memorabilis est Ciceronis sententia de finibus: Et si ingenis magnis pradii quidam dicendi copiam sine ratione consequuntur: ars tamen est dux certior quam natura. Ex quo apertum manifestumque est, Rhetorica, quam artificiosam eloquentiam Cicero nominat, tam precepta quam usum studiosè in hac decuria esse inculcandum. Si ve igitur Philippi Melanchthonis libellus, si ve Ciceronis partitiones in hoc genere explicentur: ad hoc duo omnis interpretatio dirigenda est, ut precepta breviter simpliciterque tradantur, & usus crebris exemplis commonstretur.

Philippi quidem libellus precepta pauca bono ordine & perspicue exposita continet, & usum in autorum lectione, omni que scriptione ostendit. Tum figuras etiam in certos ordines distribuit, & bonis exemplis declarat. Nec extat libellus usu uberior in hac dicendi arte.

Cicc.

Ciceronis vero partitiones, Rhetorum praecepta latius persequuntur, & qui eas aliis interpretatur, cum crebra, & quidem illustra adhibere decet exempla, quibus praecepta ad usum transferantur.

Est autem usus Rhetoricæ hic longè maximus, ut inventionis, dispositionis, & elocutionis artificium cognoscatur. Id quod commodissime fit per *ἀνάλωσις*, quæ omnia & singula retexit & secundum leges artis examinat.

Sic autem inventionis & dispositionis resolutio instituenda est, ut primum propositio principalis constituatur, deinde membra, tertio argumenta exquirantur, & ad locos suos tanquam ad sedes referantur. Elocutionis vero *ἀνάλωσις* verborum phrasium, sententiarum, periodorumque rationem complectitur.

EXERCITATIONES IN HAC

Et per se sanctum opus est docere alios & in primis styli gubernatio laboribus ceteris antecellit. Ex quo Philippum Melancthonem dixisse accepimus, se haud scire, an ullius generis artifex melius de rebus humanis meratur, quam stili formator. Idcirco & praeceptores decet in hoc artificio multum opera & studii ponere, & discipulos ipsos duct.

ductum praeceptorum sequi. Et nullum genus exercitationis defugere. Ut autem styli varietate magis alliciantur discipuli, complura genera, in quibus elaborent, proponi debent, narrationum, fabularum, epistolarum, versionum de germanico in latinum, Et vicissim de latino in germanicum, vel de latino in graecum, aut contra de graeco in latinum. Nec negligenda sunt exercitationes caetera declamationum Et disputationum scholasticarum, quibus universis Et singulis scribendi, dicendiq; facultas comparari atq; augeri potest.

EXERCITATIO VERTENDI

C de lingua in linguam.
Comprehendit hoc genus exercitationis materias siue argumenta trium aut quatuor linguarum ex una in aliam transfundendarum, aut convertendarum. Tot enim linguarum ferè usus est necessarius in his provinciis regno Polonico subiectis. Graeca quidem propter Ecclesiae doctrinam intelligendam Et explicandam: latina vero, Germanica Et Polonica propter crebra commercia, legationes, Et alia propinquitatum Et coniunctionis vincula, quibus astricti sumus. In tali autem conversione attendatur in primis proprietas seu praesentis cuiusq; lingua usitata, caveaturq; ne huiusmodi
idio-

idiomata commisceantur : quod & ridiculum est
& deforme : sed opera potius detur, ut quod cuiusque
lingua proprium est, ritè exprimatur.

DE ALTERO EXERCITATIONIS

genere, epistolico, gnomico, methodico,

& declamatorio.

Non satis est materias eas propositas esse discen-
tibus, quas de una lingua in aliam convertant, sed
dare etiam oportet liberiora argumenta, in quibus
& ingenium exerceant, & facultatem experiantur
suam. Huiusmodi est epistola vel jam contexta à
Cicerone, quam retexere decet, ut ἐν δά λ υ σ τ η, ut
inventionis, dispositionis & elocutionis artificium
appareat : vel adhuc secundum inventionis, di-
spositionis, & elocutionis artificium contextenda.
In utroque genere praeceptor discipulis praebet & epi-
stolam certam ad retexendum nominabit, vel ma-
teriam siue hypothesein conscribenda nova suppedi-
tabit. Exempla huius artificij in libellis Rhetori-
cis extant.

Gnome aut ebrae sic tractabuntur, ut à præ-
ceptore dictum aliquod insigne præbeatur, discipuli
vero id secundum præscripta à Cicerone exempla
explicent hoc ordine. Primum proferatur dictum

D d

ipsum

ipsum. Secundo brevi commendatione ornatur & declaratur. Tertio ad usum applicetur. Hoc ordine, & non alio artifex summus chrias tractat in proemio tertij officiorum, & in principio secundi libri Tusculanarum questionum.

Methodica tractatio fit per locos seu quaestiones usitatas, quid vocabulum significet, qua definitio rei sit, qua species, qua causa, qui effectus, qua cognata qua pugnantia. Hac methodo pleraque scripta didactica conflata sunt, officia Ciceronis, Dialogi. Et hac etate omnes disputationes, didacticaeque, & exegeticae conciones ac scriptiones eodem fere ordine conficiuntur.

Genus declamatorium sic instituendum est ut ad locos cuiusque generis causarum in Rhetorica dirigatur. Materiam suppeditabit quotidiana pene lectio. Et si forte nihil huiusmodi occurrerit, ex libello de festis copia quaedam atque varietas peti potest. Pertinent autem historiae sanctorum, quemadmodum & aliorum, ad genus demonstrativum. Quamobrem per locos huius generis eundem est. Sicut in aliis materiis secundum aliorum generum locos procedendum. Exempla illustra in libello Rhetorico D. Doct. Dresseri reperiuntur.

Disputationes commode habebuntur ex lectionibus

bus quotidianis, qua $\text{\textcircled{E}}$ rectius intelliguntur ex
contrariarum opinionum collatione, $\text{\textcircled{E}}$ usus pract
ptorum magis percipitur. Subministrare etiam
poterit libellus de partibus corporis humani. $\text{\textcircled{E}}$ de
anima potentiis copiam quandam exemplorum in
omni genere exercitationum, de quibus dictum est.

Atq; hęc de exercitationibus scholasticis expo
nenda accuratius fuerunt, quod certum sit praxin
hanc esse scholasticam adeo necessariam, ut sine ea
nihil proficere possint discentes. Tantum enim
quisq; tenere aut didicisse putatur, quantum vel
dicendo vel scribendo exponere potest.

DE GENERE SERMONIS,

cui assuescere decet discentes in

hac schola.

ET si ad imitationem bonorum autorum omnis
sermo noster accommodandus est: tamen in hac ip
sa imitationi hoc preceptum tenendū est ut recep
ta $\text{\textcircled{E}}$ usitata, perspicua $\text{\textcircled{E}}$ approbata semper ante
ferantur inusitatis, obscuris, $\text{\textcircled{E}}$ barbaris, cuiusmo
di sunt asphello pro a uerto apud Plantū, auguro pro
auguror auspiciavi pro auspiciatus sum, batuo pro
verbero apud eundē. Item electaho pro eliciam, cer
uicosus pro obstinato, contrarior pro eo quod est

contrarius sum, dubitabile pro eo quod dubitationem habet, felicitate pro felicitatem do.

Dignum est memoria responsum Casparis Scheeti, quaestoris generalis per Belgium, viri ingenij magnitudine & splendore praestantis, quod dedit cuidam, à quo opus nescio quod nomini suo inscriptum acceperat. In eo enim cum antiqua & obsoleta vocabula reperisset, graviter tulit, & verbum pronunciauit: Moribus antiquis, praesentibus utere verbis. Immo vero etiam addita se vera objur-gatione dixit, dignum illum scriptorem esse, qui civitate expelleretur. Nec minus pana afficiendum esse censuit, quam qui monetam publicam adulterasset.

Hoc gravissimi viri iudicio commoti adolescenter literis dediti, tanquam pestem sibi fugiendum esse meminerint rancidum illud sermonis genus, quod verba obsoleta, tanquam ex inferis revocant, & specie antiquitatis inepta sese ornat: cum verruca potius sint & naevi, quam nativi colores recti sermonis, cuius studiosos & sectatores esse omnes literatos quam maxime decet.

EPI

EPILOGVS.

ORnavit **DEVS** hanc Remp. ingentibus beneficiis, luce verbi sui, libertate professionis Evangelica secundum Augustanam confessionem, veram & incorruptam, decoravit jure, legibus, & disciplina. Apertus est ejusdem bonitate ludus, quasi quadam officina pietatis, religionis, literarum, artium, linguarum & humanitatis. Pro quâ quidem beneficentia quoniam referre gratiam minus possumus, habere tamen memori mente perpetuo debemus. Ad quam quidem pietatem & curam agendi gratias in animis excitandam identidem recitent scholastici psalmum 103. Benedic anima mea Domino, & omnia viscera mea nomini sancto ejus. Benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnium beneficiorum ejus. In primis vero decet alumnos ludj huius ita hisce **DEI** beneficiis uti, ut documenta dent pietatis & gratitudinis erga **DEVM**, magistratum, & totam communitatem. Ita deniq; sese gerant in studiis, ut spem afferant Ecclesie & Reip. fructus salutaris. Faxit **DEVS**.

FINIS.



&

RIGÆ LIVONVM



EX OFFICINA TYPO-
GRAPHICA NICOLAI
MOLLINI.

ANNO
M D XCVII.

